NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
17 B
12/7

III. 14. 8

F. 10



Digitized by Google

Digitized by Google

ISIDORIANAE COLLATIONES QVIBVS S. ISIDORI PELVSIOTAE

Epiſtolæ omnes hactenus Editæ cum multis antiquis optimæ notæ Manu ſcriptis Codicibus comparantur; & inde circiter bis mille locis ſupplentur aut emendantur.

EX BIBLIOTHECA BARBERINA.



ROMAE, Typis Fabij de Falco. MDCLXX.

SVPERIORVM PERMISSV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

EMINENTIS. AC REVERENDIS.

D. PRINCIPI

CAROLO

CARD. BARBERINO

SACROS. BASILICAE VATICANAE

ARCHIPRESBYTERO.

Petrus Poſſinus è Societate IESV

FELICITATEM.

OLIM geſtientem Me, Princeps E-minētiſsime. Venerationis erga Tuam Eminentiam meæ ingentis,

 ſpe-

Digitized by Google

ſpecimen edere publicũ, Munuſculo quopiam literario ſacrando, meritò hactenus repreſſerat conſcientia propriæ tenuitatis, ex vero admonens: nimis humile ac parùm Te dignũ fore quidquid demum meo poſſet ingenio. produci. At facit nunc animos audendi occurſus Opuſculi non ex me nati, ſed aliunde adoptati; in quo etiam eſſe quædam à

Tuo

Digitized by Google

Tuo non abhorrentia genio haud vana liceat opinione confidere. Quidni enim iure ſperē boni conſulturum Te has Iſidorianas Collationes tuo nomine inſcriptas apparere, primùm, quæ vernulæ Tuæ ſint, Domi veſtræ in Bibliotheca Barberina conceptæ ortæque; deinde, quæ Franciſci Patrui τȣ̃ πάνυ beneficentiſsimæ in Literas Liberalitatis inſigne in

Digitized by Google

ſe documentũ præferant: poſtremò, quæ Peluſiotæ Iſidori Lucubrationibus, Gravitatem pręſertim Eccleſiaſticam & ſanctimoniam commendantibus, emaculandis expoliendiſque ſerviant, quarum Tu ſcita præſcriptaque univerſa tuis dudum expreſſa exhibes moribus. id aſſecutus (quod raræ eſt felicitatis) ſola imitatione domeſticorum Exemplariũ:

in

Digitized by Google

in quibus perſonam ſacri
Magiſtratus & perfecti Ec
cleſiæ Principis omnibus
abſolutam numeris Vrbs
jampridem Orbiſque ſuſ
picit. Quantum nempe
divinarum omnis generis
laudum in Tuis duobus
Magnis Patruis, Vrbano
VIII. ſanctiſsimæ memo-
riæ Põtifice, Antonio Car-
dinali S. Onufrij Magno
Pœnitentiario, quondam
ſpectabatur: Quantũ præ-

cellentiũ paris ordinis decorum in geminis alijs ſuperſtitibus tuis Patruis, Franciſco Sacri Collegij Decano, S.R.E. Vicecancellario, Antonio S. R. E. Camerario, hodieque cernitur, Totum in Te, non dicam effictum, ſed concretum & confuſum, citra diſcrimen obſervabile, miramur. ita ut, quemadmodum arte Magiſtrorũ Optices multa ſparſim obje-

cta

ꝺta ſimulacra ad convexā interdum cilindri terſi ſu. perficiem in unam con. fluunt & quaſi conflantur formam: ſic quatuor iſtos ſplēdidiſsimè illuſtres luminibus Virtutum excellentiſsimarum Heroas in Te uno Tu, Princeps Eminentiſsime, contrahas, ſingulariterque repræſentes. Perferas, utinam, longævitate neſtorea præclariſsimam iſtam uſque ad

Poſteros Imaginē: ut quæ hoc ſæculum bearunt in quatuor modò nominata Capita diſperſæ Cœleſtes dotes, eæ poſtquam ereptæ Terris fuerint, in Te tamen adhuc aſpici ſpirantes ac quodammodo redivivæ queant; ſpectaculo jam nunc parato naſcituris Aetate altera, & ſeræ quoq; Poſteritati profuturo. Vale.

PHI-

PHILISIDORO ſuo

PETRVS POSSINVS E SOC. IESV S. D.

SI cui rectè præciperetur à Veteri Agriculturæ Magiſtro:

Nec peluſiacæ curam aſpernabere Lentis, Virg. Georg. 1.

an non eum admoneret iuſtiùs quivis rerum prudens; ne peluſiaci Cœli ac Soli Meſſes uberes, pingues Autumnos, vineas Engaddicis potiores, negligenda exiſtimaret, incurataque deſpiceret? Horum equidem Generum vulgò laudatis omnibus; Areis videlicet Gargaricis, Sardois, Siculis, Lybicis, & ſi quæ plus iſtis frugum bonitate ac copiâ celebrantur; præterea felicibus Phæacum Sylvis atque

EMINENTIS. AC REVERENDIS.

D. PRINCIPI

CAROLO

CARD. BARBERINO

SACROS. BASILICAE VATICANAE

ARCHIPRESBYTERO.

Petrus Poſſinus è Societate IESV

FELICITATEM.

OLIM geſtientem Me, Princeps Eminẽtiſsime. Venerationis erga Tuam Eminentiam meæ ingentis,

ſpecimen edere publicũ, Munuſculo quopiam literario ſacrando, meritò hactenus repreſſerat conſcientia propriæ tenuitatis, ex vero admonens: nimis humile ac parùm Te dignũ fore quidquid demum meo poſſet ingenio produci. At facit nunc animos audendi occurſus Opuſculi non ex me nati, ſed aliunde adoptati; in quo etiam eſſe quædam à

Tuo

Tuo non abhorrentia ge-
nio haud vana liceat opi-
nione confidere. Quidni
enim iure ſperē boni con-
ſulturum Te has Iſidoria-
nas Collationes tuo nomi-
ne inſcriptas apparere, pri-
mùm, quæ vernulæ Tuæ
ſint, Domi veſtræ in Bi-
bliotheca Barberina con-
ceptæ ortæque; deinde,
quæ Franciſci Patrui τοῦ πάνυ
beneficentiſsimæ in Lite-
ras Liberalitatis inſigne in

ſe documentũ præferant: poſtremò, quæ Peluſiotæ Iſidori Lucubrationibus, Gravitatem prȩſertim Eccleſiaſticam & ſanctimoniam commendantibus, emaculandis expoliendiſque ſerviant, quarum Tu ſcita præſcriptaque univerſa tuis dudum expreſſa exhibes moribus. id aſſecutus (quod raræ eſt felicitatis) ſola imitatione domeſticorum Exemplariũ:

in

in quibus perſonam ſacri Magiſtratus & perfecti Ecclesiæ Principis omnibus abſolutam numeris Vrbs jampridem Orbiſque ſuſpicit. Quantum nempe divinarum omnis generis laudum in Tuis duobus Magnis Patruis, Vrbano VIII. ſanctiſsimæ memoriæ Pōtifice, Antonio Cardinali S. Onufrij Magno Pœnitentiario, quondam ſpectabatur: Quantū præ-

cellentiũ paris ordinis decorum in geminis alijs ſuperſtitibus tuis Patruis, Franciſco Sacri Collegij Decano, S.R.E. Vicecancellario, Antonio S. R. E. Camerario, hodieque cernitur, Totum in Te, non dicam effictum, ſed concretum & confuſum, citra diſcrimen obſervabile, miramur. ita ut, quemadmodum arte Magiſtrorũ Optices multa ſparſim objecta

cta ſimulacra ad convexā interdum cilindri terſi ſuperficiem in unam confluunt & quaſi conflantur formam: ſic quatuor iſtos ſplēdidiſsimè illuſtres luminibus Virtutum excellentiſsimarum Heroas in Te uno Tu, Princeps Eminentiſsime, contrahas, ſingulariterque repræſentes. Perferas, utinam, longævitate neſtorea præclariſsimam iſtam uſque ad

Poſteros Imaginē: ut quæ hoc ſæculum bearunt in quatuor modò nominata Capita diſperſæ Cœleſtes dotes, eæ poſtquam ereptæ Terris fuerint, in Te tamen adhuc aſpici ſpirantes ac quodammodo redivivæ queant; ſpectaculo jam nunc parato naſcituris Aetate altera, & ſeræ quoq; Poſteritati profuturo. Vale.

PHI-

PHILISIDORO ſuo

PETRVS POSSINVS E SOC. IESV S. D.

SI cui rectè præciperetur à Veteri Agriculturæ Magiſtro:

Nec peluſiacæ curam aſpernabere Lentis, Virg. Georg. 1.

an non eum admoneret iuſtiùs quivis rerum prudens; ne peluſiaci Cœli ac Soli Meſſes uberes, pingues Autumnos, vineas Engaddicis potiores, negligenda exiſtimaret, incurataque deſpiceret? Horum equidem Generum vulgò laudatis omnibus; Areis videlicet Gargaricis, Sardois, Siculis, Lybicis, & ſi quæ plus iſtis frugum bonitate ac copiâ celebrantur; prætereа felicibus Phæacum Sylvis atque

Hortis Heſperidum; denique Iudaæ Aſaſonthamarenſibus Balſama gignentibus Frutetis, PELVSIOTAE ISIDORI Epiſtolas præfero; mecumque autumo ſenſuros qui reputaverint: Eſſe in illis Laconicã brevitatem elegantiæ Atticæ mirabiliter innexam; varietatem omnigenæ Doctrinæ perſpicuitate declaratã liquidâ; γλυκύτητα Baſilij Magni σὺν κάλλει Gregorij Nyſſeni, ut obſervat Photius ὁ κριτικώτατος, amœniſſimè cõfuſam: nihil ijs in Theologiâ legi ſublimius, in ſcripturalium nodorũ ſolutione felicius, in Aſceticis Præſcriptionibus ſanctius, in cenſurâ vitiorum ac vitioſorum aculeatius, in omni virtutũ præceptione ſapientius & gravius. Ob hunc Theſaurum noſtro ſæculo cõmunicatum immenſum quantum debere ſe fatetur Literaria

Ep. ad Amphiloc.

raria

raria Reſpublica Viris doctiſſimis, Iacobo Billio, qui primos Libros harum Epiſtolarum Tres græcè ac Latinè luci dedit, Cunrado Rittershuſio, qui quartum evulgavit, Andreæ Schotto qui quintum denique adiecit; poſt hos alijs qui Editione Pariſienſi Anni 1638. *omnia hæc ſimul in unum collecta corpus in commune fruenda præbuere. Superfuit tamen & hic Beneficio, Maximi hodie Literarum Patroni Eminentiſsimi Franciſci Cardinalis Barberini, locus ingens. quòd ea quam memoravi Editio, nulla quidem Eruditiſſimorum quos nominavi culpâ Interpretum, ſed mero ſaniorum Exemplarium defectu, paſſim hiulca & mendoſa, lacunarumque ac corruptelarum indicibus aſteriſcis, uncinis, crucibus deformata &* ὀβελισμα-

τισ-

πιστωθὼν cernitur. Huic ille malo ut mederetur, ante annos jam complures, per Virum Eruditionis eximiæ, ſuum tunc familiarem, τὸν μακαρίτην Franciſcum Arcudium Græcum Calabrum, poſtea Epiſcopum Nuſcanum, cum ſex optimis antiquiſſimâ ſcriptis manu Codicibus, duobus Vaticanis, totidem Altaëmſibus, uno Sfortiano, ſexto Barberino, conferendas Iſidorianas omnes Epiſtolas diligentiſſimè curavit, exactè adſcriptis per margines Editionis Pariſienſis anni ſupra notati varijs Lectionibus & ſupplementis è regione cujuſq; tali egentium ope locorum. Corriguntur ex his menda innumerabilia; veri non antea introſpecti aperiuntur sẽſus Autoris, nodi perplexiſsimi extricantur, multa caſu omiſſa & ad ſententiam neceſsaria ſupplentur;

per

per quæ ſimul cuncta propè integritatem Primigeniæ ſcripturæ hæc Editio perducitur. Hic jam neceſſariò indicandum, qui caſus, quæve occaſio effecerit, ut Liber tot ac tam utilibus marginalibus Annotamentis quaſi fimbriatus in meam notitiam uſumque liberum veniret, cũ aliquo inde proficiendi otio coniunctum. Petenti mihi hoc ineunte Octobri Cœlum urbano ſalubrius ad exhauſtas annuà commentatione reparandas vires, jubente ac juuante eodem Eminentiſſimo Mecœnate (quando ad tam humiles curas tantam Eminentiam demittit Caritas) adiecit multò potius Viaticum ex ejus ditiſsimo penu Librario V.C. Carolus Moronus, Præfectus Bibliothecæ Barberinæ, eà dudùm curatione fideliſsimè, diligentiſsimè, peritiſ-

ritiſsimèque defungens; dum mihi tradidit, prout optabam, in ſolatium inſuavis ſine literis ruſticationis iſtum ipſum Franciſci Arcudij notis locupletatum Iſidorianarum Literarum Codicem. Primo ſtatim intuitu animadverti quantum inde poſſet in eas aureas Epiſtolas nitoris & ornamenti modicâ diligentiâ refundi, ſi promerentur illic condita & loco palàm conſpicuo exponerentur. In id igitur contuli remiſsionum intervalla; & cum quæ me cauſa rus extruſerat cogeret longis ambulationibus pedes exercere, ſimul ex his ſub tectum redieram, nihilò minorem ſtrenuitatem injungebam manibus, foliorum ſpatia ſtylo ac dextrà percurrẽs, & quidquid dignũ excerpi occurriſſet in has congerens Iſidorianas Collationes; ſic à

me

Digitized by Google

me vocatas, quoniam in ijs illa de quâ dixi Pariſienſis Iſidori Editio cum Codicibus haud paulò melioribus confertur. ſtudui cuncta ſic explicare ut quã facillimè quivis Lector comparatione mei ſcripti cum eius Editionis exemplo loca in edito mendoſa corrigere, mutila poſſet ſupplere. Ad hoc diligenter annotavi Epiſtolarum, paginarum & verſuũ ad quos Obſervationes hæ pertinent, numeros. Plerumque retuli duntaxat quid diverſi aut novi extaret apud Codices; nonnumquam judicium meũ interpoſui; nec diſsimulavi oborientes è variarum Lectionum indicijs de archetypâ ſcripturâ conjecturas. rarò tamen ac parciſsimè id feci, contentus κριτικωτέροις *quaſi aperuiſſe campum, & occaſionem felicius pro cujuſque acumine divi-*

nandi

nandi præbuiſſe. Itaque nullus hic ferme capitis uſus fuit; ſola, vt dixi, manus ſtylo inſtructa iactatio has paginas implevit. Adiecit ſpatium huic Exercitationi pluvius ſupra conſuetum morem hic Autumnus, quotidianis nos imbribus agro arcẽs, cubiculis incluſos detinens, ubi niſi etiam (*quod in re ſimili quidã Veterum ſcripſit*) intemperanter ſtuderemus, *nullo triſtis ſeceſſus ſolatio levaretur. Condiebat laborem vetus amor meus in hunc ſanctiſsimũ & diſertiſsimum Scriptorem: ſpes verò ac ſtudium Deo gratificandi bene merendo de publico ſic animabant, ut ſtrigoſi per ſe ſe ac nauſeabilis operis tædia, & ex aſiduitate incũbendi in pluteũ ſubinde pungentem dolorem pectoris, non libens modò, ſed gaudens etiam perferrem. itaque*

Martial. Præf. ad lib. XII.

que

que vacuas quoque horas forte inſomnium noctium in idipſum impendere guſtus jucundi ſpicilegij nõ ſemel ſuaſit. Sic denique, Deo iuvante, per ferias, ſpatio minus quã menſtruo rem peregi, quæ aliàs operæ ſesquimenſtruæ aut etiam bimeſtris fructus forſitan videri haud pœnitendus poſſet. Porro hanc velut meam quandam vindemiã Tiburtinam ad Romanum Eminentiſsimi Franciſci Cardinalis Prælũ affero, ut inde, ſi juſſerit, in publicas utilitates emanet. Sperandi eam ab ipſo gratiam luculentũ habet S. Iſidorus argumentũ à S. Nili æqualis & Condiſcipuli ſui exemplo: cujus ille, præterquam Epiſtolarum longè pleniorem Collectionem ſuis nuper Typis emiſit, etiam conquiſita diligentiſsimè Opera eiuſdem Aſce-

tica

tica nũc maximè curat excudi mox mox que proditura cum accuratiſſimâ Interpretatione & eruditiſſimis Animadverſionibus Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi D. Ioſephi Mariæ Suarezij Epiſcopi Vaſionẽſis S.D.N. Aſſiſtentis. Nec minori, puto, gratitudine ob ſua Opera locis facile bis mille per eum ſic emaculata, redintegrata, illuſtrata, ſe illi obſtrictum Iſidorus ſentiet, quàm ob ſua Nilus é tenebris eruta devinctum eidem ſe fatetur ac prædicat. Vterque autem, quod nos optare ſolum poſſumus, pro ſuâ inſigni apud Deum gratiâ, impetrabit, ut idem Eminentiſſimus Princeps, omni proſperitate cumulatiſſimè florẽs, diutiſſimè cõtinuare quod agit queat, ad ſummum & Eccleſiæ Sanctæ, & Rei literariæ, præſertim ſacræ, iuva-

vamentum. Vale. Scribebam Tibure, anno MDCLXX. Die SS. Apoſtolis Simoni & Iudæ ſacro, natali meo ſexageſimo ſecundo.

Fa-

Digitized by Google

Facultas Præpoſiti Generalis Soc. IESV.

CVm *Iſidorianas Collationes* P. Petri Poſſini noſtræ Soc. Sacerdotis aliquot ejuſdem Societatis Theologi recognoverint & in lucem edi poſſe probaverint, poteſtatem facimus, ut Typis mandentur, ſi ita ijs, ad quos ſpectat, videbitur. Cujus rei gratia has literas manu noſtra ſubſcriptas ſigilloque noſtro munitas dedimus. Romæ 12. Nov. 1670.

Ioannes Paulus Oliva.

Im-

Digitized by Google

Imprimatur.

Si videbitur Reuerendiſs. P. Mag. S. Pal. Apoſt.

I. de Angelis Archiep. Vrbin. Viceſg.

Imprimatur.

Fr.Hyacinthus Libellus S.Pal. Apoſt. Mag.

Erra-

Digitized by Google

Errata	*ſic corrige.*
P. 28. v.vlt. poſt verſ.adde	2.
P. 62.v.pen. aſteriſcus	aſteriſcum
P.102.v. 1. pro πεποιήκεσαν	pro πεποιήκεισαν
P.121.v.12. ſubditia	ſubdititia
P.135.v.10. mutitus	mutilus
P.149.v.18. τολμῶν.τας	τολμῶντας
P.188.v. 2. inſcriptus	inſcriptum .
P.231.v.19. θελικῶν	θετικῶς
P.252.v.14. vat.	verſ.
P.256.v.pen παφοιτεκέναι	πεφοιτηκέναι
P.157.v. 6. ἄγνοιαν	ἄγνοιαν
P.261.v. 8. ταὐτόμενος	ταὐτομένῳ
P.271.v. 8. à Codex	à Codice
P.281.v. 3. κατεπλάγησαν	κατεπλήγησαν
P.295.v. 3. ρήθη	ρήθη
P.333.v. 5. Harpoiræ	Harpocræ
v.10. vitij	vitijs
v.13. ſolus	ſolius
P.337.v. 7. ἐρυθεάσει	ἐρυθριάσει
P.338.v. 2. ultimus	ultimum
P.360.v. 2. uncinum	uncinis
P.364.v. 1. Codicum	Codices

ISI-

ISIDORIANAE COLLATIONES

QVIBVS

Omnes S. ISIDORI PELVSIOTAE hactenus editæ Epiſtolæ cum Antiquis M S M S Codicibus conferuntur, & locis circiter bis mille emendantur aut ſupplentur.

EX BIBLIOTHECA BARBERINA.

LIBER I.

EPIST. I.

TItulus hujus Epiſtolæ in M.S. Altaëmſi ſolum habet nomen, Νείλῳ, ſine adjuncto μοναχῷ. In eodem Cod. primi tres verſus cum quadam additione concinniùs efferuntur, in hunc modũ: Οἱ μὲν Ἄγιοι,

Digitized by Google

ὡς τῆς μοναχικῆς φιλοσοφίας κορυφαῖοι, οἱ καὶ ἡγεμόνες, ἐκ τῶν ἄθλων καὶ τῶν ἀγώνων &c ubi vides tres particulas ὡς, οἱ, τῶν, varijs locis, ſatis opinor congruè ſuppletas. Septimo inde verſu ante vocem φύσιν idem Cod. ponit τὴν. Et Verſu ſequenti pro eo quod in Editis eſt μικρὰ, μικρὸν ſcribit.

EPIST. II.

Pro eo quod verſu tertio in editis legitur θεωροῦντες Codex Alt. habet χωροῦντες. Verſu ultimo Idem Cod. Alt. ſuffragante etiam Vaticano num. 649. addit vocem κόσμῳ. Sic enim habent: καὶ φωστῆρες ἐν κόσμῳ ἑκάστῳ φαινόμενοι.

EPIST. III.

1. Verſ. pro παρὰ Cod. Sfortianus habet διὰ. In 2. verſu Codd. Sfortianus & Altaëmſis ſemel tantum εἶναι ponunt. Et Cod. Alt. totam ſententiam ſic effert οὐ δ' οἴεσθαι, εἶναι δεῖ.

EPIST.

EPIST. IV.

Vna hæc Epiſtola in hâc Editione bis ponitur. Primùm hic; iterum Libro IV. ubi numeratur 195, plane utrobique eadem; niſi quod illic Epiſtolæ argumẽtum inſcriptioni ſubiicitur; cum hîc mera inſcriptio Τιμοθέῳ ἀναγνώςῃ, ſine adjuncto lemmate legatur. Aliqua tantum in vocabulis perpaucis varietas eſt. περὶ hoc loco principium occupat; poſteriori ὑπὲρ. Verſu 2. hîc περιστῆσαι legis: alter locus περικεῖσθαι exhibet; cui lectioni Codices Sfortianus & Altaëmſis ſuffragantur. Poſteriori loco verſ.3. ante vocem πάθεσι atticulus τοῖς omittitur; hîc exprimitur. Verſ.4. manifeſtus illic error in particulâ ἐκ poſitâ ante ἡμῖν. rectè hoc loco ἐν ἡμῖν habes, quod ſequitur ῥώμης extat & in contextu Altaëmſis Cod. ſed ei è regione opponitur marginalis lectio γνώμης. Verſu 5. pro οἴσειν quod hoc loco eſt, in altero exé-

A 2 plari

plari hujus Epiſtolæ legitur ἰςῶσι: quam lectionem duo Codices optimi præferunt, Vaticanus num. 649, & Sfortianus. Verſu 6. poſt κρατηθῶσι Sfort. Cod. non καὶ ut edita, ſed commodius ad loci ſententiam ἢ habet. verbum ſequens θρατεπεύζωσι, in ſecundo exemplo ejuſdem Epiſtolæ Lib. IV. pag. 524. repoſito, per conjunctivi futurum effertur θραπετεύωσι, congruentius opinor ad rectam ſyntaxin.

EPIST. V.

Pro εἰ primo vocabulo hujus Epiſtolæ Cod. Vat. 649. conſentiente Altaëmſi ὢν habent, longè ni fallor melius. unde ad hanc lectionem refingenda Interpretatio ſit. Verſu inde 7. vice horum verborum: καὶ φύλλων πρὸς ὀλίγην τροφὴν (καὶ δύναμιν) καὶ ἀπέριττος: quæ nemo non videt eſſe mendoſa, hæc vera, credo equidem, & ab Autore ſcripta ſuggerit Cod. Alt. καὶ φυτῶν πρὸς

λι-

λιτὴν ἔσφὴν καὶ ἀπέριτ]ῳ. Idem Cod. Alt. concorditer cum Vat. 649. verſu penultimo ante χρείας addit, καὶ.

EPIST. VI.

Verſ. 3. pro κιρνωμένην μὲν Codd. Sfortianus & Altaëmſis κιρναμένην tantum habent. Verſ. 6. pro ἐκ τῆς φιλανθρωπίας Codd. Sfort. & Vat. 649. legunt τὴν φιλανθρωπίαν. Verſ. 8. loco παντελῶς, Cod. Altaëmſis παντελῶ, loco autem φαντασθῶμεν Codd. Sfort. & Vatic. 649. φαντάζεσθαι exhibent. Verſu undecimo quod in editis cernitur ἐν τέλει σωτηρίας. in MS. MS. emendatiùs apparet ἐν πλεῖ τῆς σωτ. &c.

EPIST. VII.

In titulo poſt vocem Τιμοθέῳ Cod. Alt. addit, ἀναγνώστῃ. Verſ. 1. pro πυκτὴ Codex idem exhibet πλυκτὴ haud paulò correctius. Verſ. 4. pro τοῦ Δαβὶδ Vatic. 649. & Alt. habent τῷ Δαβὶδ. mox

Altaëmſis συμφυλέτιν ſcribit,non ut editus συμφυλέτιδα. & verſu ſequenti non αὐτοφύλους, ſed αὐτόφυλους. Verſu 7. edita ἐκ τοῦ Ἰούδα. MS. MS. ἐξ Ἰούδα ſine articulo ſcribunt. Denique verſ. ultimo, pro λανθάνεις Cod. Vat. 649. legit μανθάνεις aberrans opinor à vero. nam editioni Cod. Alt. adſtipulatur. & ipſa ſententia λανθάνεις videtur exigere.

EPIST. VIII.

Verſ.4. vox ψυχὴ deeſt in Vat.Cod. 649. nec ſane in contextu requiritur, ubi ſatis congruè vocabulum σὰρξ, ἀπὸ κοινοῦ reſumandum ſe offert. Paulo poſt vice verbi ὑπεραγωνίζηται Cod.Vat.649. ſubſtituit ὑπερείδηται; Altaëmſis autem ὑπεργάζηται.

EPIST. IX.

Verſ. 3. καὶ τῆς. Cod. Alt. καὶ αὐτῆς. verſ. 5. συλληφθῇ Codd. Vat.& Alt. συλληθῇ. verſ. 7. Alt. pro ἀπ' habet ὑπ'. &

in

in fine pro τῆς ὀσφύος, τῆς φύσεως.

EPIST. X.

In titulo pro πρεσβυτέρῳ Alt. habet Ἐπισκόπῳ verſ. antepenultimo vice πονηρότερος Vat. Cod. 649. & Alt. πονήρος legunt: uti & mox συνδεῖ uterque ſcribit pro eo quod editio exhibet συνδεῖ.

EPIST. XI.

Principium hujus Epiſt. ſic in MS. iacet: Εἰ Σωκράτης τῶν ἀττικῶν δογμάτων ὁ Νομοθέτης. Verſ. 3. pro ὑβριοδαῖς Codd. Vat. 649. & Alt. legunt, ὑβριζομένος. mox pro φιλοσοφίας, Cod. Alt. φιλοσοφίας, quam vocem referre videtur ad poſtea poſitum nomen δόξαν, ſenſu paululum diverſo ab eo quem Interpres expreſſit. Ibidem vice ἀποίζη Codex idē ἀποίας præfert. verſu 6. ubi editio habet; ὡς θέλει, τῇ μεγαλοψυχίᾳ &c. Cod. Alt. manifeſtè melius: ὡς βέλει τῆς σῆς μεγαλοψυχίας προσῆκεν.

EPIST. XII.

Titulus in Cod. Alt. hic eſt Α'μμωνι ϛρατιώτῃ hoc eſt *Ammoni Militi*.

EPIST. XIII.

Non Λαμπετίῳ inſcribitur hæc Epiſtola in Codd. Vat. 649. & Alt. ſed Πετίῳ μοναχῷ. verſ. 7. pro σαρκικαῖς Alt. Cod. habet σαρκίναις. verſu ſequenti θεότευκτον in contextu Codicis Alt. mutatur in χερότευκτον. ſed lectio editionis è regione ponitur in margine. verſ. 13. hæc tria vocabula καὶ βαπτισθέντος Σίμωνος, in Cod. Alt. ſic ordinantur: Σίμωνος καὶ βαπτισθέντος. verſ. 17. poſt δέχθῃ particula ὡς deeſt in Vat. & Alt. Codd. quorum uterque verſ. ſequenti non πλώματος ſed πλάσματος legit. verſ. 21. ἀπεύχεσθαι in editis, in MS. MS. eſt ἀπεύξεσθαι; & verſ. 23. pro φιλοπόνει, φιλοπόνησον. mox Alt. poſt ὁ, addit τὸ. Et verſ. ſequenti pro μετ' αὐτοῦ, habet μετὰ χρισοῦ.

EPIST.

EPIST. XIV.

In Codd. Sfort. & Alt. hæc Epiſtola inſcribitur Πρίμῳ. Et fuiſſe homines in Græciâ ejus nominis tempore Iſidori Peluſiotæ Diſcipuli S. Ioannis Chryſoſtomi, conſtat ex Epiſtolis à me editis ejus Condiſcipuli S. Abbatis Nili, quarum ducenteſima, qualis viſitur pag. 202 edit. Regiæ Pariſ. Anni 1657, Πρίμῳ ὑποδιακόνῳ inſcripta extat. Fieri poteſt, eos qui editionem Iſidori adornarunt, aſſuetos lectioni MS. MS. Codd. Græcorum in quibus ferè ſemper caſus aut vocabula ex nomine Πατὴρ declinata cõpendiosè ſcribũtur ϖρῖ pro Πατρὶ, ϖρῶς, πατρὸς, ϖρικῶς, πατρικῶς &c. ſimiliter hîc, ubi Πρίμῳ legerunt, Πατρίμῳ intelligendum & exprimendum cenſuiſſe. Eſt & alia diverſitas ab editis, quæ cũ verſ. 2 pag. 5. legant ὁδοῦται; Ibi Codd. Vat. 649. & Alt. habent ὁδεῖ.

EPIST.

EPIST. XV.

Verſ.6. Edita ſic habent ἅπας (ὑποβρύχιος) Cod. Vat. 649. ſimpliciter: πάμπαν ὑποβρύχιος &c. verſ. 9. pro, ταῖς ἀρεταῖς, Idem Vat. conſentiente Alt. ſcribunt: τῆς ἀρετῆς. verſ. undecimo in editis ſic eſt: οἱ δὲ καθελεῖν, ἀλλὰ &c. Codd. Alt. & Vat. 949. pro his exhibent: οἱ δὲ καθαίρειν κατορθώματα.

EPIST. XVI.

Verſ.5. quod Interpres legendum ex conjecturâ rectè divinavit στερωθέντα pro eo quod cum aſteriſco defectûs indice eſt editum στερεωθέντα, diſertè legitur in duobus Codd. Vat. 649 & Alt. verſ. ſequenti in Editis eſt ἅλες δὲ τῆς πάντα νοτίζούσης ποιότητος. Interpres: *Sal autem qualitatis ac facultatis ... omnia humectantis*. Itane vero *Sal humectat*, cui virtus exſiccandi, & ſic à corruptione præſervandi, vulgo tribuitur? Sed cul-

pan-

pandus accuratiſſimus Interpres, nõ eſt, qui quod in archetypo invenit, quomodocumque exprimere debuit. νοτίζειν autem humectandi notionem habet minimè, dubiam. Codd. Vat. 649. & Alt. νοςίζειν ſuggerunt. verbum nihili: ſed quod forte fundamentum dare poſſit conjecturæ felicius divinaturæ Scripturam veram. quæ mox ſequuntur in editis: ἐκ δυνάμεως εἰς τὴν τοῦ Κυρίου διδαχὴν, non comparent in duobus illis Codd. ubi pro his habetur: καὶ δυναμώσεως τοῦ κυρίου διδαχῆς.

EPIST. XVII.

Verſ. 10. qui eſt ſecundus pag. 6. quod legitur καὶ in M.S. M.S. Codd. Alt. & Vat. 649 deeſt: & pro ἀπέπεμπεν verſûs ſequentis, habetur ἀπέπεμψεν.

EPIST. XVIII.

Verſ. 1. nomen Ἰουδαίους in 4. caſu Cod. Alt. & Vat. 649. ponunt ſcribentes Ἰουδαίους,

δαίμες, quod forte aptius cum τῷ οἴεσθαι convenit. verſ. 5. melius, opinor ijdem Codd. κεχλιμμένης pro χλοηδόνης, ſcribunt nec male verſu inde altero & tertio pro ἐπὶ τῆ διηνεκῶς, quod eſt in editis, ambo illi Libri, ἐπὶ διηνεκῆς habent. Illa ſine dubio lectio verior eorumdem Codd. duorum quâ, pro eo quod legitur verſ. 20. ἄληπτον, ſubſtituunt ἄλεκτον. quod hîc ſumendum eſt ut deriuatum non à λέγω ὃ φράζω ſed à λέγω ὃ καθεύδω, εὐνάζω, κοιμάω; cujus notionis multis locis Euſtathius meminit; ex qua ſunt vulgatiſſimi uſûs vocabula; λέκτρον, ἀλέκτωρ &c. atque huic ſic correcto loco longe aptius quadrat Interpretatio Billij *Partum divinitati conſentaneum, ac libidinis & cuncubitus expertem* his Græcis verbis θεοπρεπῆ καὶ ἄληπτον (imo ut emendandum oſtendimus) ἄλεκτον, comparantis nec tum opus erit illo excurſu quo ad reddendam vim ſuppoſititiæ vocis ἄληπτον illa Interpres accumulat: *qui humanæ*

næ rationis captum excedat. Eadem pag. edit. 6. verſu altero poſt literam E quod διάθεσις in edito eſt in duobus memoratis Codd. προσάθεσις ſcribitur. verſ. inde 4. ubi edita poſt λαὸν addunt. οὐ εἰς φύσιν &c. duo illi Codd. ſic habent: ὃν εἰς φύσιν λοιπὸν τὸ θεομαχεῖν μεταστήσαντα.

EPIST. XIX.

Verſ. 1. Poſt ἔφη Codex Altaëmſis addit μή. verſ. 3. poſt βαβυλωνίου Codd. Alt. & Barberinus qui nunc primùm novi aliquid ſuggerit, adiungunt, καί. verſ. 7. pro κατάκαυσιν, longè aptiùs ad ſententiam loci Cod. Alt. offert, κατάπαυσιν. verſ. 10. poſt δόγμα duo Cod. Alt. & Barb. apponunt, τό. verſ. 11. Cod. Alt. αὐτοῦ in αὐτοῖς mutat, tamen idem in marg. αὐτοῦ tamquam lectionem diverſam notat. verſ. 13. ἐχώρισε. Cod. Alt. διεχώρισεν.

EPIST.

EPIST. XX.

Verſ. 4. ubi edita ἐνώτητος habent; Codd. duo Alt. & Vat. 649. uno conſenſu θεότητος ſubiiciunt. verſ. 7. pro voce πνεύματος Alt. in contextu ponit πνεύματι ſed è regione in margine opponit πνεύματος. verſ. 9. loco vocabuli σύστασις Codd. Vat. 649. & Alt. ſcribunt σύνταξις.

EPIST. XXI.

Non Ἀμμωνίῳ ſed Ἀμμωνι inſcribitur hæc Epiſtola in Codd. Vat. 649. & Alt. In 1. verſu μὲν Altaëmſis non agnoſcit. Idem verſ. 5. poſt δύο addit δε. prætereaque in verſu penultimo pro εὑρήσ[illegible] & χειροτήσ[illegible], legit εὑρήσεις & χειροτήσεις, ſuffragante quoque Vat. 649.

EPIST. XXIII.

Verſ. 9. pro ἀληθῶς Codd. Vat. 649. & Alt. habent ἀληθὴς. ſimiliter & verſu

ſu 10. ſequenti. verſu autem ultimo, pro. ἐξ ἀμφοτέρων φύσεων, uterque legit: ἐν ἀμφοτέραις ταῖς φύσεσιν.

EPIST. XXIV.

Primum hujus Epiſt. vocabulum aliter quam in editis in Altaëmſi extat, ἐπιστημόνως. Verſu item 3. Id. Cod. pro ἀψαύστων, legit δυσψαύστων. & verſ. 4. pro ἀνεφίκτων Var. 649. habet, φρικτῶν. mox non ταῦτα ſed αὐτὰ Alt. exhibet. verſ. 6. θαρσεῖ, pro θερσεῖ in Alt. legitur.

EPIST. XXV.

Verſ. 3. νῦν (δὲ μὴ &c. quæ videtur ipſe editor mendi ſuſpecta habuiſſe. Hujus loci vera opinor lectio ſuggeritur à Codd. duobus Vat. 649. & Alt. qui ſic iſta exhibent: νῦν γὰρ Δημᾶν ἐκεῖνον μεμνημένῳ καὶ πρὸς τὰς οἰκείας φροντίδας παλινοστοῦντι. Nempe hic Cyrillus vitam aliquandiu anachoreticam profeſſus, eremo deinde relictâ domum redierat. in

quo

quo imitatus erat Demam quondã Pauli Apoſtoli ſocium, de quo is ſcribit ſecundæ ad Timotheum 4. 10. Δημᾶς με ἐγκατέλιπεν, ἀγαπήσας τὸν νῦν αἰῶνα &c. Iidem duo Codd. verſ. penultimo pro ἔλεος, habent ὁ λόγος. ſed ego lectionem editam magis probaverim.

EPIST. XXVI.

Verſ. 1. non χρήμασιν, ſed χρήματι Cod. Alt. legit: id concinnius eſt ad antitheſim cum ſequente, πνεύματι. verſ. 8 parvum dictu, dicetur tamen μηδὲ pro μήτε ponitur in Codd. Vat. 649. & Alt. verſ. antepenultimo quod edita exhibẽt πρεσβευσάμενος, emendatius in utroque illo habetur Codd. πρεσβευόμενος. uti viciſſim prætulerim verſ. ult. τὸ γέρας, ei quod in illis duobus Codd. legitur, γῆρας.

EPIST. XXVII.

Verſ. 3. Codd. modo memorati ambo πρὸς ἅπαντα in neutro legunt. Iidem

in

in fine Epiſtolæ illa verba ἢ μὴ ἐπιγινώ-σκων ἀνάγνωθι, omittunt.

EPIST. XXVIII.

Verſ. 1. poſt ἐγγίνεται, inſere ἀλλ', autore Cod. Alt. cui conſentit Vat. 649. Hic etiam verſ. penultimo non ἀποκλείεται legit, ſed ἀποκέκλεισται, ſuffragante pariter Altaëmſi.

EPIST. XXIX.

Verſ. 5. μιμῇ. Codd. Vat. 649, & Alt. μιμήσῃ. verſ. 9. πλεονεξία Cod. Alt. πλεονεξίαις.

EPIST. XXX.

Verſ. 3. νήφουσιν Codd. Vat. & Alt. νήφωσιν uti & verſ. 6. βύσωσιν habent pro βύσουσιν. verſ. 7. pro μὴ μόνος φωνῇ duo illi Codd. concorditer legunt μήπως μόνῃ φωνῇ. verſ. 8. ſequenti duo illa verba ἀδόκιμος καὶ abſunt à Cod. Alt. In verſ. penult. pro ἀπηγορευμένων ambo Codd.

Vat.649, & Alt. habet, ἀπαιρημδύων.

EPIST. XXXI.

Titulus in Cod. Sfortiano paulùm diverſus eſt. nam ibi Διοφάνει ſcribitur pro Διοφάντῃ.

EPIST. XXXII.

Verſ. 5. pro ζωτικῆς Codd. Vat.649. & Alt. habent ζωῆς.

EPIST. XXXIII.

Inſcribitur hæc in Cod. Alt, non Πρυνιχίῳ, ſed Πρυνιχίῳ.

EPIST. XXXIV.

Verſ. antepen. voci Ἰωάννȣ articulus τȣ̃ præponitur in Cod. Alt.

EPIST. XXXVI.

In titulo ante Παλλατίȣ articulus τȣ̃. verſ. 3. Δανιὴλ in Cod. Alt. more græco declinatur, & hîc, ut pote in 4 caſu,

Δα-

Δαυῖδλα ſcribitur. verſ. undecimo, pro his: αὐτὸν ὑπάρχων τὸν &c. Cod. Alt. ſcribit: τὸν ὑπάρχοντα θάνατον. Verſ. pen. ὑπέρχεται. Cod. Vat. 649, & Cod. Alt. ſcribunt: ἐπέρχεται.

EPIST. XXXVII.

Verſ. 7 pro θυσίαν Cod. Alt. θυσίας habet, aptius ad rationem ſyntaxis. Duo verba ſequentia, ἀλλὰ ταύτην à Codd. Vat. 649 & Alt. abſunt. pro ijs autem uterque habet: τὴν ὡς θυόμενον &c. verſ. 10 Ambo ijdem Codd. non ὑπὸ Θεοῦ ſed, ἐπὶ Θεοῦ legunt. uti & verſ. penult. pro ἐςυρημένους, ἐστερημένους.

EPIST. XXXVIII.

Verſ. 3. pro Τυράννου. Cod. Alt. habet Τυράννων. verſ. ſeq. Idem & Vat. 649 τοσαύτην pro τοιαύτην. verſ. 6. pro θηρὸς Cod. Alt. legit θηρός. uterque autem Alt. & Vat. 649 poſt vocem ἄνθρωπος addunt: τὴν θείαν εἰκόνα μὴ ψευδόμενος.

quæ in editis non compârent.

EPIST. XXXIX.

In titulo, pro μονάζοντι Cod. Alt. habet Μοναχῷ verſ. 1. pro ὅτι, Alt. & Vat. 649 habent εἰ, & poſt ἑνὸς addunt ἀνδρός. verſ. 7. iidẽ παραλαμβάνοντος in ἀπολαμβάνοντος mutant. & verſ. 8: τοῦ ἄρχοντος in περὶ τὸν ἄρχοντα. denique verſ. 9. ἐπισυνηγόρει, in ἐπαπόρει.

EPIST. XL.

Hæc in Alt. inſcribitur, non Τύβᾳ ſed Τύρβᾳ στρατιώτῃ *Turbæ Militi.* verſ 3. pro διάγειν ἐν πόλει Codd. Vat. 649 & Alt. legunt: διαθέειν τὴν πόλιν. verſ. 5. lacunam aſteriſco indicatam Codd. Barberinus & Alt. explent addendo καὶ. verſ. ultimo Codd. Vat. 649 & Alt. nõ male πόνος pro πόλεμος ſubſtituunt.

EPIST. XLI.

Verſ. 3. ſimilem lacunam ſimiliter explent

plent ambo iidem Codd. Barb. & Alt. inſerendo καὶ. verſ. 8. Cod. Alt. μεταβάλλεις vertit in μεταλλάττεις.

EPIST. XLII.

Verſ. 3. quod in editis eſt: θεωρῶν τηλαυγέστατα, Alt. Cod. exhibet προορῶν τηλαυγέστατα. Poſt ἄνθραξ verſus ſequẽtis Idem Cod. adſtipulante Vatic. 649 ſupplet γὰρ, cujus defectus in editis ſignatur aſteriſco. tertio poſt verbo ambo iidem Codd. pro ὁσία habent, φύσις, uti & verſ. ſeq. pro σὰρξ iterum φύσις ponunt. verſ. 7. Cod. Alt. pro τὰς πάσης, longè melius ſcribit τὰς πλώσεις. verſ. 8. illa verba quæ leguntur edita: ὁ γὰρ ἄῤῥητος τοῦ λόγου πρὸς τὸ ἀνθρώπινον ἕνωσις, quæ utique ſunt ἀσύντακτα cum in ijs ὁ & ἕνωσις uno genere copulentur, non comparent in duobus Codd. Vat. 649 & Alt. ubi vice illorum ſcriptum eſt: ἡ γὰρ τῶν δύο τύπων φύσεων ἕνωσις.

EPIST. XLIII.

In 1 Epiſtolæ hujus vocabulo corrigunt duo Codd. Alt. & Vat. 649 ἀπόθες in ὑπόθες.

EPIST. XLIV.

In titulo hujus Epiſt. variant aliquid Codd. Vat. 649 & Alt. non enim Μωζῆ, ut editio, inſcribunt, ſed Μωσέῳ. Iidem verſ. 2 poſt verbum διαμαρτύρειν ſupplent hæc, οἷς οὐ χρή. verſ. 3 ὡς εἴ τι πέρα &c. ſic leguntur in Alt. ὡς εἴ τι οὐ δεόντως. conſentit Vat. 649. niſi quod errore ſcribæ, οἵ τι ponit pro recto εἴ τι.

EPIST. XLV.

Deeſſe in capite Epiſtolæ initialem in editis vocem teſtantur Codd. Alt. & Vat. 649 ſic ejus initium exhibentes ἡ παρέργως. verſ. 3 Alt. pro ναὸν, habet νεὼν. verſ. 5 tam hic Cod. quam Vat. 649 περιεβάλλοντο rectè legunt pro vulgato corrupto

rupto παρεβάλλοντο. verſ. 6 muta ἀπόρρητον in ἀπέριττῳ autore Cod. Vat. 649: & Interpretationem latinam ad hanc lectionem (eſt enim verior) accommoda.

EPIST. XLVI.

Verſ. 1 vocem αὐτὰ non habet Cod. Alt. ſed ejus loco reponit, πράγματα verſ. 2 τοῦ uncinis incluſum tolli omnino debet, ſi Sfortiano creditur Codici. Tamen Alt. cum articulum retinet. At in verſ. 4 Codd. Sfort. & Vat. 649. poſt βύβλοιο ponunt κατ' ἀμφότερα.

EPIST. XLVII.

Verſ. 3 locus hic ἀπόνοια ἐστὶ &c. in Codd. Alt. & Vat. 649 hoc modo extat: ἀπονοίας μᾶλλόν ἐστιν ἀγριότης.

EPIST. XLVIII.

Verſ. 1 pro τῇ μήτρᾳ legit Cod. Alt. μητέρι. & verſ. antepenult. pro κατ' οἰκονομίαν, οἰκονομίᾳ.

EPIST. XLIX.

In medio hujus Epiſtolæ verſus tres comparentes in editis, à Cod. Sfortiano abſunt. ab illis nempe verbis : ὁ μὲν γὰρ καὶ ἀμπελῶνα &c. uſque ad illa, προσδέχεσθαι ἐδίδαξεν incluſive. nec abeſt fundamentum ſuſpicandi ſuppoſititia eſſe. verſ.penul.pro καθαρεύουσιν longe melius Codd.Alt. Sfort. Vat.649 legunt καθαρεύσουσιν, & bis cõſequenter μηδὲ pro μήτε.

EPIST. L.

Inſcribitur hæc in Codd. Alt. & Vat. 649. non Στρατηγίῳ, ſed Σταγιρίῳ Stagirio.

EPIST. LI.

Lacunam aſteriſco indicatam verſ. 7 Exple-ſis autoribus Codd. duobus Alt. & Vat. 649 inſerendo τοῦ inter ἔχοντα & κακοῦ. verſu inde tertio pro Ϛεβούλευται ijdem habent βεβούλητο. verſu hinc altero poſt ἀπορρήτως particulam τάχα hi ambo

ambo Codd. inſerunt. verſ. ult. Cod. Alt. legit ἔςαι loco ἐςι. Et poſt, πρὸς δὲ, tam idem Alt. quàm Vat. 649, adjungunt κρίσιν καὶ τιμ. &c. quæ ſatis veriſimiliter proba ſunt & editis præferenda.

EPIST. LII.

Verſ. 2 & 3. γνῶμαι πλῆθυναι in edito, efferuntur ſingulari numero in duobus Codd. Alt. & Vat. 649, γνώμη πληθύνη. quæ ſequuntur in edito haud dubie mendoſa τῷ μὲν γὰρ νόμῳ πολλάκις παραδέδοται ἔθος. Corrige ex ijſdē Codd. ὃ μὲν γὰρ (refertur ad ἔθος primum nomen enumeratorum) νόμῳ πολλάκις παραδέδοται ἔθνους. *Conſuetudo*, inquit, *ſæpe in legem Gentis alicujus recipitur.* verſ. 7 pro βδελυκτῆς. Alt. mavult βδελυρᾶς. verſ. antepenult. expuncto συςήσει) elegantiorem ni fallor lectionem duo ſolita MS MS. Alt. & Vat. 649 offerunt, συσσίτης ἔςαι. nemo te ſibi aſſidentem in mensâ feret. Paulus enim *cum ejuſ-*

modi

modi nec cibum ſumere, permittit: τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν. 1 Cor. v. 11.

EPIST. LIII.

Verſ.4. notabilis diverſitas lectionis in Codd. Alt. & Vatic. 649 eſt. Edita legunt περιβεβλημένος ἐπὶ γυμνῇ, τὴν σπεῖραν &c. In duobus Codd. eſt: περιβεβλημένος ἐπὶ γυμνοῦ. quod eſt congruentius loco Marci Evang. xiv. ſi quem hic Iſidorus reſpicit. mox addunt τὴν σπίραν quod & ſcribi poteſt σπεῖραν, & manipulum aut agmen ſignificare. Cohortem nempe comprehendentium Chriſtum, quam ille Adoleſcens Marco memoratus reiectâ ſyndone nudus effugit. Suſpicor autem hæc verba τὴν σπίραν, cum antecedentibus ſine interpunctione connectenda, ut referantur ad περιβεβλημένος, & σπίρα ſive σπεῖρα ponatur pro ſynonymo τῆς σινδόνος. ſane lego apud Euſtath. ad Odyſſeam β. σπεῖρος γάρ τὸ καὶ ὁ ἱμάτιος. ſpirum alicubi veſtem ſigni-

ſignificat. Et ponit autoritatem in teſtimonium στεῖρα κακ' ἀμφ' ὤμοισι. quod ſi σπεῖρος veſtis, quidni & σπεῖρα ſive σπίρα. verſ. antepen. illud, δὲ, Clauſum uncinis in Cod. Alt. non extat. quare negligatur licet.

EPIST. LIV.

Verſ. 2 pro δοξάζουσι. in uno Cod. legitur, δόξουσι. verſ. 3. aſteriſcus deficientis index vocabuli, tolli poteſt, ſuppleto. εἰ, ſi Vat. 649. optimo exemplari creditur. verſ. 7 Codd. Alt. & Vat. 649 poſt μητέρα, ſic habent: ἐξ ἀκολάστων καὶ ἀρρήτων παθῶν καὶ συνειληφυῖαν καὶ τετοκυῖαν ἀνέγνωσαν. Alius Cod. qui vocem ἀκολασίας retinet, eam ſine conjunctione καὶ ſequenti verbo ἀρρήτων continuat. verſu 10 & ſequ. pro illis editionis verbis τὴν δὲ ἡμεῖς &c. uſque ad μονογενῆ, Cod. Vat. 649 ſimpliciter habet: τὴν δὲ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν μητέρα. verſu 17 qui eſt primus pag. 17. pro ἐκάθαιρεν Cod. Barb.

legit

legit ἐκάθηρε Idemque verſ. inde tertio inter καὶ & φωνητικὴν, articulum τὴν, omittit; licet Cod. Alt. retineat. verſ. deinde undecimo ejus paginæ qui primus eſt literæ B. Codd. Vat. 649 & Alt. κράξαι pro γράψαι ſcribunt. verſu poſt tertio, inter ἥλιος & θάνατον, deeſt conjunctio καὶ in Cod. Barberino. verſ. ſequenti pro συντόμως Cod. Vat. 649 habet, σύντομος. verſ. penult. pro εἰ τὰ πρᾶον. &c. Idem Cod. legit εἰ καὶ τὰ πράγματα &c.

EPIST. LV.

Verſ. 4. pro καὶ μάθε lege, autore Cod. Alt. κατάμαθε. Et verſ. 8 pro θίγην, θίξιν, ſic ſcribētibus ambobus Codd. Alt. & Vat. 649.

EPIST. LVI.

Longe plenius & emendatius exhibetur hæc Epiſtola in Codd. Vat. 649 & Alt. quàm in editione. nam quod verſ.

legi-

legitur πρὸς τὴν πρὸς. &c. accomodatiùs ad græcæ uſum elegantiæ illi Codd. habent: ἐκεῖνος εἰς προσδοκίαν ὠλίσθησεν. verſ.4.poſt ἐπιβουλὴν, rectè ſupplent ambo Codd. τῷ διδασκάλῳ. Et verſ. penult. poſt κινήματα, opportunè item addunt: ὡς προγνώστης ὁ Κύριος.

EPIST. LVIII.

In Codd.Sfort.& Alt. inſcribitur hæc Ep. non Παζίμῳ ſed Πρίμῳ. verſu deinde primo, pro, τὸ ἀπεριέργον, Codd. Vat. 649 & Alt.legunt, τὸ ἀπέριττον. verſ.ſeq. pro: καὶ τὰς τοῦ κυρίου πηγὰς ἀποσβεύνουν. longè, ni fallor, caſtigatiùs & aptiùs Codex Vatic. 649, legit; καὶ τὰς τοῦ κόρου πηγὰς ἀποφβύων. quanto enim magis convenit ad ſententiam loci, dici, eſu olerum *ſatietatis fontes obſtrui*, quàm neſcio quos *Domini fontes profundi*, quomodo latinus Interpres loquitur. nō ille quidem culpandus. quo enim alio plauſibilius modo potuit reddere verbū quod in Exemplari

plari ſuo reperit ἀποβρύειν quàm illud à βρύω ducendo quod ſonat *ſcaturire, affluere, abundare* &c? cæterùm id verbum inuſitatum non facilè crediderim ab Iſidoro docto & polito Scriptore uſurpatum. βύειν autem, *obſtruere, obturare* notiſſimum & πρὸς τὰς πηγὰς, *ad fontes*, pertinens verbum eſt. cujus etſi compoſitum ἀποβύειν infrequenter occurrat, reperitur tamẽ formæ ſimilis ἐπιβύειν apud Ariſtophanem. nec fortaſſe vana conjectura ſit, hîc ἐπιβύων ab Iſidoro poſitum, vitio Amanuenſium in ἀποβύων & ἀποβρύων abijſſe. Nam titubatum in hoc verbo, ex Cod. Alt. Intelligitur, ubi circa hoc verbum ſtigmata viſuntur ſuſpectum illud ſe habere indicantium lectorum.

EPIST. LIX.

Verſ. 1. pro ἐπεζήτησας repones ἠρώτησας ſi Codd. Vat. 649. & Alt. ſequi volueris: itemque verſ. 3. poſt θεοπνεύστοις, addes

addes ἀνδρεῖοι quam illic vocem ambo illi Codd. ſupplent. verſu quoque 7. pro καὶ τι ὅτι μίας: habent ſolum: καὶ ὅτι μίας; & verſ. 14. pro σαρκὸς, ponunt ἀνθρωπότητος. verſ. denique penul. Cod. Alt. pro τὴν κτ, legit ὡς κτ.

EPIST. LX.

Verſ. 1. non ἔφης ſed ἔφη habet Cod. Alt & verſ. 3. non εἴποι ſed εἴπῃ. verſ. 5. Idem omittit articulum ἡ verſ. 7. qui eſt duobus pag. 19 pro σὺ Codd. Alt. & Vat. 646. legunt σοί. ijdemque poſt ἔξεστι addunt, δέ mox pro ἀγχινοοῦντι legunt ambo ἀγχινοώτατε. & quod ſtatim in editis ponitur, καὶ, Alt. omittit. uti & alterum καὶ verſu ſequenti poſt nomen φωνῶν. verſ. undecimo pro ἐκβάλλουσιν Cod. Vat. 649. legit ἐκβαλοῦσιν verſu 14. Idē habet ἐπαγγελίας τῇ in 4 caſu, nō in recto ut edita.

EPIST. LXI.

Verſ. 1. pro γραφικῶς Codd. Alt. & Vat.

Vat.649 habent ἐγγραφικῶς. verſ.3.illa: μνημονεύεις τινῶν &c. Sit exhibet Cod. Vat. 649. μνημονεύεις εἰσέτι ὧν τῶ θεοπνεύστου &c. Codex vero Alt. μνημονεύεις τινων (quod tamen ponit in margine) εἰσέτι τῶ θε &c. verſ. 4. pro βασιλέως, in contextu Cod. Alt. legitur βασιῶν Sed in margine è regione ſcribitur βασιλέως verſ.6. poſt ἐραστῆς, idem addit ἂν & mox pro ἐκείνου, habet ἐκείνους. verſ. penult. pro πυκτίδα Codd. Sfort. Vat. 649. & Alt. legunt πυκτίον. Ad finē poſt ὑπομένοντα, Codd. Vat. 649. & Alt. adiungunt hoc comma: εἰδὲ μετάθοιο τῆς αὐθαιρέτου παραπληξίας, ἐτίμησας ὑπακοῇ τὸν διδάξαντα. hoc eſt: *ſi autem mutatus fueris à voluntaria inſania, honoraſti obedientiâ eum, qui te docuit.*

EPIST LXII.

Verſ. 4. pro ἔπη Codd. Vat. 649. & Alt. habent ἔτι & verſ. ſeq. pro ἐνηχοῦν, legunt, ἐνοχλῶν.

EPIST.

EPIST. LXIII.

Non Θαλελαίῳ ſed Θελεσέῳ. Hanc Epiſt. inſcribunt Codd. Alt. & Vat.649. verſ. deinde 8. pro ἀγῶνες ὑπὲρ Cod. Alt. legit: ἀγῶνες διὰ &c. & verſ. 10. pro ἀναστομοῦν, ἀναστομεῖν.

EPIST. LXIV.

Verſ.6. poſt ἐκκόπτεται Codd. Alt. & Vat.649. addunt μὲν moxque poſt ὀρύσσεται, adjungunt δὲ.

EPIST. LXV.

Poſt verſum undecimum cujus eſt ultima vox, ἀποθήκην, quæ ſequuntur in edito verſibus ferè tribus, ſic emendatius ex Codd. Vat.649. & Alt. ſcribi & ordinari poſſunt: συνάγει τὴν προετάσσουσαν, ἣν καὶ μόνην ὁ δίκαιος κριτὴς τοῖς πιστοῖς καὶ ἀξίοις αὐτοῦ ἐργάταις ὀνομάζει σωτήριον. ἐκεῖ γὰρ &c. verſ. penult. poſt ἔχουσι Codd. Vat. 649 & Alt. addunt πολλάκις.

EPIST. LXVI.

Verſ. 3 abeſt τῷ poſt ὡς, in Codd. Vat. 649 & Alt. verſ. 11 qui eſt primus pag. 21. poſt ἀνθρώπων ijdem Codd. inſerunt ἤ. verſ. 13. pro δικαιοσύνη lidem legunt δικαιοσύνης, & verſ. 14 pro ἀπαθῶς, habent, ἀληθῶς. In fine pro τῆς αὐτοῦ ἐν ἐμοὶ ἀφθαρσίας, Barberinus Codex hæc habet: ἐπὶ τῆς ἐμαυτοῦ ἀφθαρσίας.

EPIST. LXVII.

Verſ. 1. βούλεσθαι, Codd. Vat. 649 & Alt. βουλεύσασθαι. verſ. 5 ἐπεβόησεν. Cod. Alt. in prima perſonâ legit ἐπεβόησα tãquam adhuc pergat loqui Pater cujus illa ſunt tertio retro verſu οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου &c.

EPIST. LXVIII.

Verſ. 10. pro ijs ἐκ γυναικῶν & quæ ſeq. uſque ad περὶ δὲ τοῦ &c. Cod. Alt. mutat & addit quædam, longè melius, ni

ni fallor. ſic enim habet: ἐκ γυναικὸς Ἰωάννης, ἀλλ' ἐ τῶν γεγεννημένων ἐκ πνεύματος. in quibus verbis cardo ipſe ſententiæ Iſidori vertitur. volentis dictũ Ioannem majorem omnibus e muliere natis, non autem omnibus natis e ſpiritu.

EPIST. LXIX.

Verſ.27. pro χωρίσθητε Cod.Alt. habet, χωρὶς. verſu ſequenti & tertio, pro πορνεία σωφρονίζεται καὶ ἀσέλγεια. Codd. Vat. 649 & Alt. legunt: πορνείᾳ σωφρονίζεσθε καὶ ἀσελγείᾳ. verſ. 30 pro ἄψεσθε ijdem habent ἄψησθε. & verſ. 31 pro ἐξερχόμενον, ἐξερχομένοις. Item verſ.34 pro τὸ ἁμαρτωλὸν legunt, τῶν ἁμαρτωλῶν. verſ. 38 pro ὁμογνώμονας αὐτῷ, habent: ὁμογνώμους αὐτοῦ. mox que verſ.39 pro βροντῶντος, legunt κρατοῦντος. verſ.47, pro ἐξῆλθες Cod. Alt. habet ἐξέλθῃς. verſ. 49. pro τὰ Θεὸν. Codd. Alt. & Vatic. 649 legunt, τὸν Θεὸν.

EPIST. LXX.

Verſ.2 qui eſt 1 pag.23. poſt ἐκβακχεύει Codd. Vat. 649 & Alt. rectè addunt, πάθη.

EPIST. LXXI.

Verſ. 5. ποιηθησεται. Cod. Vatic. 649. ποιήσεται. verſ. 13 pro χρείαν Cod. Alt. habet χρῆμα. verſ. 16. & 17. pro: ὑπὸ πόδας εἴρηται: longè, opinor, melius Codd. Vat. 649 & Alt. legunt: ὑποδιῄρηται.

EPIST. LXXII.

Verſ. 3 & 4. pro πῦρ ἀπτουσι Cod. Vat. 649 legit πυρσοφοροῦσι: Codex vero Altaëmſis πυρωφοροῦσι.

EPIST. LXXIV.

Verſ. 8. pro ἱμάτιον Cod. Vat. 649. legit ἅμα: & duas conſequentes voculas, τέχνῃ τινὶ, non habet; uti neque Alt. in cõtextu: tamen hic eas ponit in margine.

gine. verſ. penult. mira eſt in Cod. Alt. diverſitas. nam is pro ἡ γὰρ θρύψις quod videtur rectè poſitum in vulgato, legit αἱ γὰρ θλίψεις.

EPIST. LXXV.

Verſ. 6. pro ἐκρατήθη (quod videtur rectum) Codd. Vat. 649 & Alt. ponunt ἠπατήθη. veriſimilius ijdem ambo Codd. pro eo quod verſ. 9 legitur in editis καὶ εἰκότως, legunt: καὶ εἰ οὕτως. verſ. antepen. pro τοῦτον, Cod. Alt. habet τοῦτο.

EPIST. LXXVI.

Verſ. 5. qui eſt 1 pag. 25. pro σαθμῷ, Codd. Vat. 649 & Alt. legunt, σαθμῷ.

EPIST. LXXVII.

Verſ. 2. poſt θορύβων Cod. Alt. addit πολιτικῶν. verſ. 5. pro, ἀποπαυσθέντα Codd. Vatic. 649. & Alt. habent, ἀπωσθέντα. verſ. penult. pro ὁ χριστὸς. Codd. Sfortianus & Alt. legunt ὁ χριστός. verſ. ul-

timo, ἐστὶν abeſt à Cod. Sfortiano.

EPIST. LXXVIII.

Verſ. 1. pro αἰχμαὶ, Cod. Alt. ſcribit, ἀκμαὶ. & verſ. antepen. pro ὁπλίτης, πολίτης.

EPIST. LXXIX.

Primo hujus Epiſt. vocabulo, Codd. Vat. 649 & Alt. præponũt, καὶ. verſ. 4 indicatam per aſteriſcum lacunam, exple ex Cod. Barb. addendo poſt ᾠήθησαν, hæc verba: καὶ πάλιν φυλάξαι τὸν νόμον οὐκ ἠδυνήθησαν, eadem habent & Codd. Alt. ac Vatic. 649 niſi quod pro ἠδυνήθησαν habet, ἠβουλήθησαν. quarto poſt verbo lege, ἐπαγγελίαν, pro ἀπαγγελλίαν, Autoribus Codd. ijſdem. verſ. 10. οὐ δύνησθε. Codd. Vat. 649 & Alt. οὐ δύνασθε. v. 13 ἐν * προσχήματι Codd. Vat. 649 & Alt. ἐν τῷ σχήματι. verſ. ult. ijdem duo Codd. pro ἐνδεικνύμενος legunt ἐνδεικνύμενοι.

EPIST.

EPIST. LXXX.

Verſ. 8. pro, ὁδευόμενος Codd. Vatic. 649 & Alt. habent, διοδευόμενος. verſ. 10. pro, προσταγορεύων, legunt: προσταγορεύσας verſu, 11. αὐτῆς mutant in, αὐτοῖς. denique verſ. 13. congruentius ad loci ſententiam, non ὑπ᾽ ἐκείνων, cum vulgato legunt, ſed ὑπ᾽ ἐκείνου, ut referatur ad ἀντίδικος.

EPIST. LXXXI.

Rectè ſupplent Codd. Vatic. 649 & Alt. verſ. 2 poſt ὁ πλάσσων vocem κόπον. rectè etiam verſ. 3 loco illorũ: ὑπὸ τῆς ἐκεῖθεν ὁμολ. &c. hæc exhibent: ὑπὲρ τῆς εἰς Θεὸν ὁμολογίας:

EPIST. LXXXII.

Verſ. 1 ἐν ταβερᾷ quod legitur in editis verbum nihili eſt. Vera lectio, quam & Interpres divinavit, haud dubiè ſuggeritur à Codd. Vat. 649 & Alt. qui ἐν

γαβαὰ legunt. verſ. 6. ſolus Cod. Vat. 649. non πολλῷ μείζους, ſed πολλῶν μείζους, habet. verſ. 8 nec Alt. nec Vat. 649 agnoſcunt verbum ἀνέβησαν: ſed præcedens, ὁμονοήσαντες in ὁμονόησαν mutant: & continuè ſubjungunt ἀλλ' ἔμαθον &c.

EPIST. LXXXIII.

Verſ. 6 pro γίνηται Codd. Vatic. 649 & Alt. habent, γίνεται.

EPIST. LXXXIV.

Non τῷ αὐτῷ eidem, hoc eſt Leontio Epiſcopo ut ſuperior, hæc Epiſtola inſcribitur in Cod. Barberino; ſed, Τιμοθέῳ ἀναγνώστῃ *Timotheo Lectori*. verſ. 4. pro τοῖς προσόχοις. Cod. Alt. legit τῆς προσοχῆς. quæ ſequuntur poſt adverbiũ ἐμπαθῶς verſus ſexti, Autoribus Codd. Vat. 649 & Alt. ſic corrigenda & ſupplenda ſunt: μηδεὶς ὑπέρτερος λογισμὸς, μηδεὶς ἀντίπαλος πρόφασις.

EPIST.

EPIST. LXXXV.

Verſ. 5 quod extat in editis, ἣν, non comparet in Cod. Alt. & revera videtur abundare. verſ. 7 poſt πάντα, Cod. Alt. & Vat. 649 addunt τὰ σὰ & quæ ſequűtur, emendatiùs hoc modo ſcribunt: κατὰ θεοῦ θελήματα. verſ. 8 ſequente pro ἀδάρεστα ijdem ambo Codd. legunt, ἀρέσκοντα.

EPIST. LXXXVI.

Verſ. 2. qui eſt 1. pag. 28, τῶν inter uncinos incluſam ſi Alt. Codici fides eſt expungi debet.

EPIST. LXXXVII.

Titulus hujus Epiſt. ſic eſt in Codd. Vat. 649 & Alt. Μοναστρίαις τῷ ἐν Ἀλεξανδρείας ἀνδαλαρίῳ. multa in hâc lectione ambiguitatem habent. Eam cum fide expreſſi, ut ſit fundamentum aſſequendi conjectura veram Autoris ſcriptu-

pturam. verſ. 5 Ἰεφθαὲ ſcribitur in Cod. Alt. verſ. 8 ἀιδίμως adverbium in nomen ἀοίδιμ@ mutat Cod. Vatic. 649. conſentiente Alt. verſ. antepen. Ambo ij Codd. μηδεὶς commutat in μήτις, opinor, meliùs.

EPIST. LXXXVIII.

Initium hujus Epiſt. ſic emendatiùs & extenſiùs legitur in Codd. Alt. & Vat. 649. εἰ πράξας ὁ Φαρισαῖος, κατεκρίθη, ἐπειδὴ ἐκαυχήσατο, σὺ τί &c. In ijſdem in verſu 3 ποιῶν omittitur; aut potius transfertur in verſum ſequentem poſt κρίσεως, ſed mutatum in ποιεῖς.

EPIST. LXXXIX.

Verſ. antepen. non ἡ θαν. &c. ſed ὁ θάνατος ſcribunt Codd. Vat. 649 & Alt. prout res ipſa poſcit.

EPIST. XC.

Verſ. 9 pro χρώμενοι Codd. Vat. 649 & Alt.

& Alt. habent, χρωμῳδοῖς: verſ. 10. pro λογίζονται, λογιζομένοις, ſenſu non malo. verſ. 12. pro πάντας Cod. Alt. habet, αὐτὰς. ſed quod deinde τῆς ᾠδῆς in ταῖς ᾠδαῖς mutat, minus aptè videtur ad ſyntaxin congruere. Illud omnino meliùs, quod verſ. 13. tam idem Cod. Alt. quàm Vat. 649. χριστοκαπήλους cum ι in primâ ſyllabâ, non ut editio cum η ſcribunt. Ex hac & 367. hujus Libri Epiſt. habes Monialium Monaſteria in Aegypto extra urbes fuiſſe.

EPIST. XCI.

Verſ. 1. πολλῶν Cod. Vat. 649. longè accomodatius ad rectam ſententiam legit, πολλοὺς verſ. 3. ὑποκρίνεσθαι. Codd. Vat. 649. & Alt. rectiſſimè corrigunt, ἀποκρίνεσθαι. quod ijdem ſuggerunt verſ. 6. ἀκλυδώνιστος, pro ἀκλυδωνίστως, videtur recipiendum. verſ. 7. pro ὑψηλοφρονήσεως Cod. Alt. legit ὑψηλοφροσύνης. duo vero ſequentia vocabula in unum jungens Cod.

Cod. Vat. 649. ἡ περισρηγνύμενα, ſcribit. quæ quin exprimant primigeniam ſcripturam vix equidem dubito.

EPIST. XCII.

Verſ. 5. lacunam aſteriſco indicatam poſt vocem ἀπρεπῶν, explet Cod. Alt. inſerendo: καὶ σχημάτων ἀπρεπῶν. Idem autem ver. 6. ſuggerit lectionem inopinatam, de qua docti judicent, pro σάκκῳ ſcribendo σζένυτρῳ. verſ. penult. pro ἢ ὗς τῷ βορ &c. Idem Cod. Alt. ſuffragante Vat. 649. legit ἢ σύες τῇ βορβόρῳ.

EPIST. XCIII.

Titulus hujus Epiſt. ſic ſcribitur in Codd. Alt. & Vat. 649. τῇ ἐν Ταβεννήσῳ Μονῇ. verſ. 5. qui eſt 1. Pag. 30. παραγρίφεσθε Iidē ambo Codd habent: παραγράφετε. Solus autem Alt. verſ. ſequ. Epiſtolæ penult. legit αἰδεσθῆναι, pro αἰδέσθαι.

EPIST.

EPIST. XCIV.

Verſ. 4. quod legitur in edito δορῶν optimum eſt,& ſine dubio præferendum lectioni quam offert Cod. Vat. 649. legens φόρων. ſed eum hic meritò deſerit comes ejus alias individuus Cod. Alt. nam hic diſertè conſentiens editioni, δορῶν habet. verſ. ult. pro τὸ ἔμφανες. Cod. Alt. elegantiùs ſcribit τοὔμφανὲς.

EPIST. XCV.

Verſ. 6. Codd. Vat. 649. & Alt. participium θριαμβεύοντες in verbum mutant, ſcribendo, θριαμβέυονται. verſ. 8. Codd. Alt. poſt γυόμενος, omittit καὶ: & poſt ἂν quod ſequitur, addit, δὲ

EPIST. XCVI.

In titulo, illa verba: φιλοσόφῳ ἕλλῃνι, abſunt à Cod. Alt. verſ. 1. in ijſdem Cod. ἔχθεαν ſcribitur cum accentu in 1. verſ. 8 pro θεότητας (quod videtur rectum) unus Cod.

Cod. Vatic. 649. habet θεότητος.

EPIST. XCVII.

Verſ. penult. pro τοῦ θεϊκῶς, Cod. Alt. legit τὸ θεϊκῶς &c. verſu vero ult. ambo Codd. Vat. 649 & Alt. ἔχοντες in διδόντες vertunt.

EPIST. XCVIII.

Hæc Epiſt. in Codd. Vat. 649 & Alt. inſcribitur non φροντίνῳ; ſed φροντωνιανῷ. verſ. 3 τὴν μίαν σιαγόνα. Cod. Alt. habet, τῇ μιᾷ σιαγόνι. verſ. 5 ὢ clauſum uncinis à Cod. Alt. abeſt.

EPIST. XCIX.

Verſ. antepen. pro νοούμα vocabulo nihili, verum reponunt Cod. Vatic.649 & Alt. νούμηνα ſcribentes.

EP. CCCCLXXVII.

Verſ.6. poſt δωύα). quædam omiſſa rectè ſupplet Cod. Alt. hæc adjungens: καὶ γὰρ ἐν σαρκὶ ὄντες, Θεῷ ἀρέσκειν οὐ δύ-

ναν-

ναν). citarat nimirum & alium Pauli locum ex Ep. ad Rom. cap. VIII. v. 8. ubi σὰρξ in eadem notione ponitur.

EP. CCCCLXXVIII.

Verſ. 10 poſt ζαρκὸς rectè ſupplent δὲ Codd. Vat. 649 & Alt.

EP. CCCCLXXIX.

Non Κυρηκίῳ ſed Κυρηνίῳ Cyrenio hæc inſcribitur in Codd. Vat. & Alt. Cod. autem Vatic. 649 verſ. lacunam explet addendo, τὴν.

EP. CCCCLXXX.

Verſ. 3. pro σῶν ἀγχίνες quod videtur rectè poſitum, monſtrum quoddam lectionis ſuggerit Cod. Alt. quod hîc edam. ſi forte acutiori lectori fundamẽtum aliquid argutè conjectandi queat eſſe. habet igitur, σῶν ἀγχίονας χιόνας.

EP. CCCCLXXXI.

Aſteriſcum poſt *εἰ* poſitum verſ. 1. tollit Vat. Cod. 649 explens hiatum addito *σε*. legit enim *εἴ σε τὶ ὤνησεν* &c.

EP. CCCCLXXXIV.

Rectè ponit editor aſteriſcum hiatus indicem ver. 1 poſt vocem *Καππαδόκης* hunc explet Cod. Alt. ſic continuans: *ὁ ἀρξάμενος ὡς Καππαδόκης νῦν ἐστὶ στρατοπέδου* &c.

EP. CCCCLXXXVIII.

Cod. Vat. 649. verſ. 2. pro *τῶν πόνων* habet *τῶν καρπῶν*. veſtigium exhibens veræ lectionis quæ videtur hæc eſſe: *ἐλπίδι κρείττονι τῶν καρπῶν, ἀνέχεται τῶν πόνων*.

EP. CCCCLXXXIX.

Verſ. 4. pro *διαβόλου* longè meliùs Cod. Alt. legit *ἰοβόλου*.

EP.

EP. CCCCXCI.

Verſ.1. e reg. τῆς σανίδος Cod. Alt. in margine ponit: ἄλλως, τοῦ λευκώματος.

EP. CCCCXCII.

Verſ. 1. ἀνίλεος rectè corrigit Cod. Alt. ſcribens ἀνέλεος.

EP. CCCCXIII.

Verſ.4 & 5. pro διατρέψαντας Codd. Vat.649 & Alt. legunt: διαπρέψαντας.

EP. CCCCXCIV.

Verſ. 6. poſt ἵνα extrito aſteriſco pone εἰς & dele quod ſequitur in principio verſ.7. εἰς. Initio verſ.8 quod malè ſcribitur εἶ emenda reſcribendo εἰ. ſic monſtrant Codd. Vat.649 & Alt.

EP. CCCCXCV.

Expunge με vacans in fine 1 verſ. ex Cod. Vatic. 649. Eodem Autore verſ.

penult. poſt ὀχλουμένη adde καὶ κλονουμένη.

EP. CCCCXCVI.

Non Κωνσταντίῳ ut male habent edita græca, ſed Κωνσταντίνῳ Conſtantino ut rectè ponit Interpres, hæc Ep. inſcribitur in Codd. Vat.649 & Alt. Iidem initio v.4. expungunt γὰρ.

EP. CCCCXCVII.

Verſ.3. pro, σοῦ δύο τῆς οἰκουμένης λαοὺς Codd. Vat.649 & Alt. legunt: σοῦ τῆς οἰκουμένης δύο λαοὺς.

EP. CCCCXCVIII.

Verſ.1. exple hiatum ex Codd. Vatic. 649 & Alt. addendo μᾶλλον.

EP. CCCCC.

Verſ. 8. μὴ uncinis incluſum abeſt à Codd. Vatic.649 & Alt. Iidem ver. antepen. loco aſteriſci ponunt, καὶ.

Ad

Ad Librum Secundum.

EPIST. I.

VErſ. 7. pro πραοτέρα Codd. Vat. 649 & Alt. ſcribunt, πραοτέρα.

EPIST. II.

Verſ. penult. pro συνενέγκωμεν Codd. Vat. 649 & Alt. ſcribunt συνεισενέγκωμεν.

EPIST. IV.

Verſ. 15. e regione vocabuli χαρίσματα Ambo Codd. Vat. 649 & Alt. in margine ſcribunt: ἄλλως, γνωρίσματα. verſ. 24. ambo omittunt, γὰρ.

EPIST. V.

Verſ. 16. pro παίσης Cod. Alt. legit παίζας. verſ. 27. poſt βασιλέα, Cod. Alt. addit, μὲν. v. 36. poſt παρόντων ſublato aſteriſco, τὴν, adjungunt Codd. Vat. 649 & Alt. v. 40 pro σοφίαν Cod. Alt. habet,

φιλοσοφίου. v.47. pro οὔτω Codd. Vat. 649 & Alt. habent οὔπω. ſed in marg. Alt. οὔτω ponitur. v.57. pro ἐνοικοῦσιν Cod. Vatic. 649 legit κρύπτοντα. idemque annotatur in marg Cod. Alt. v. antepen. loco eorum verborum πρὸς τὸ βάθος Cod. Vatic. 649 legit πρός τι βάρος.

EPIST. VIII.

Male inſcribitur in editis hæc Epiſtola Iουνίᾳ *Iuniæ* quod eſt nomen muliebre, cum eam ad virum miſſam contextus ipſe manifeſtet. verum nomen illius quem hic Iſidorus alloquitur produnt Codd. Vat. 649 & Alt. in quibus nuncupata hæc Ep. legitur Ηλίᾳ *Heliæ*.

EPIST. IX.

Verſ.2 poſt ἀρετὴν adde ἀσκεῖν quod ſuggerunt Codd. Vatic. 649 & Alt. & aſteriſcum amove.

EPIST.

EPIST. X.

Verſ. penult. è regione δυσεκπλύτȣ Codd. Vat.649 & Alt. aliam lectionem ſuggerunt δυσεκλύτȣ.

EPIST. XI.

E verſu 2 tolle aſteriſcum falſum indicem hiatus, quem nullum Codd. demonſtrant, ſententiâ conſentiente.

EPIST. XII.

Illa compellatio Caij verſ.2 ὦ ἀκλεέστατε, quam Interpres reddit: *Vir clariſſime* ſubditia eſt ſi Cod. Alt. credimus, in quo legitur εὐκλεές τε καὶ εὐδόκιμος &c.

EPIST. XIV.

Solus Cod. Vatic. 649 ſexum in titulo mutat ex Ἱερίῳ, faciens Ἱερίᾳ. Idem v.2. pro σώματι commodiùs σώμασι legit.

do, incurro, & σ in flexione adſciſcit (inde eſt enim πήματι κύρσαι apud Heſiod. Et apud Euripid. ἐκύρσατε Et in Authol. ἔκυρσα τάφȣ : ſit non ſolum κύρμα præda; id nimirum in quod prædator incidit, nomen uſitatiſſimum Homero, ſed, vt ex hoc loco intelligimus etiam κύρσις activè ſignificat occurſum generoſi pectoris in res duras & pericula. κύρσεις πόνων igitur hîc dicuntur: occurſus in aleã præliorum. Has autem uſitatas ad victoriam vias, expeditionem armorum & proceſſus in acies, non adhibuit Ezechias; ſed vice cunctorũ iſtiuſmodi apparatum preces ac ſpem in Deum habuit. non fruſtra. debellauit enim ſplendidè ope Angeli.

EPIST. CCCCLIII.

Verſ. 5. poſt νόμȣ, Codd. Vat. 649 & Alt. expungunt, τῶν: & illud transferunt poſt ȣ̓δὲ; totum locum ſic melius reddentes: ἀκȣ́ει, ȣ̓ τȣ̃ νόμȣ εἶναι, ȣ̓δὲ τῶν

περὶ τȣ̃ νόμȣ &c. verſ. 8. κακογραφίαν in voce Ι'σȣ̃ς rectè corrigit Cod. Vat.649 ſcribens, Ι'ησȣ̃ς.

EP. CCCCLVII.

Verſ. 10. lacunam exple addendo τῷ ex Codd. Vat.649 & Alt.

EP. CCCCLIX.

Verſ.6. poſt ὃ rectè addunt δὲ, Codd. Vat.649 & Alt. verſ. 7. qui eſt 1 pag. 117, pro ἀπεθέγξατο ijdem meritò reſcribunt, ἀπεφθέγξατο.

EP. CCCCLXII.

Verſ. ult. poſt γλῶ rectè addunt της Codd. Vat. 649 & Alt.

EP. CCCCLXIV.

Verſ.4 explent lacunam Codd. Vat. 649 & Alt. addendo καὶ.

EP. CCCCLXV.

Verſ. 2 è regione διαίτης Cod. Alt. ſcribit in margine ὀλωχίας δαιτός σου &c.

EP. CCCCLXVI.

Verſ. 4 & 5 rectè mutant Codd. Alt. & Vat. 649 ὑποπίτθιος in ἀποπίτθιος.

EP. CCCCLXVII.

Verſ. ult. pro φυλαχθῇ τὸ σέβας &c. longe melius Codd. Vat. 649 & Alt. legunt, φυλαχθήτω σέβας &c.

EP. CCCCLXXII.

Verſ. antepen. pro νοούμα vocabulo nihili, verum reponunt Cod. Vatic. 649 & Alt. νοὔμηνα ſcribentes.

EP. CCCCLXXVII.

Verſ. 6. poſt δύναται). quædam omiſſa rectè ſupplet Cod. Alt. hæc adjungens: καὶ οἱ ἐν σαρκὶ ὄντες, Θεῷ ἀρέσκειν οὐ δύ-

ναν-

ναυ). citarat nimirum & alium Pauli locum ex Ep. ad Rom. cap. VIII. v. 8. ubi σάρξ in eadem notione ponitur.

EP. CCCCLXXVIII.

Verſ. 10 poſt ζαρκὸς rectè ſupplent δὲ Codd. Vat. 649 & Alt.

EP. CCCCLXXIX.

Non Κυρηνκίῳ ſed Κυρηνίῳ Cyrenio hæc inſcribitur in Codd. Vat. & Alt. Cod. autem Vatic. 649 verſ. lacunam explet addendo, τὴν.

EP. CCCCLXXX.

Verſ. 3. pro σοῦ ἀγχίνυς quod videtur rectè poſitum, monſtrum quoddam lectionis ſuggerit Cod. Alt. quod hîc edam. ſi forte acutiori lectori fundamẽtum aliquid argutè conjectandi queat eſſe. habet igitur, σοῦ ἀγχίονας χιόνας.

EP. CCCCLXXXI.

Aſteriſcum poſt εἰ poſitum verſ. 1. tollit Vat. Cod. 649 explens hiatum addito σε. legit enim εἴ σε τὶ ὤνησεν &c.

EP. CCCCLXXXIV.

Rectè ponit editor aſteriſcum hiatus indicem ver. 1 poſt vocem Καππαδόκης hunc explet Cod. Alt. ſic continuans: ὁ ἀρξάμενος ὡς Καππαδόκης νῦν ἐστὶ στρατοπέδου &c.

EP. CCCCLXXXVIII.

Cod. Vat. 649. verſ. 2. pro τῶν πόνων habet τῶν καρπῶν. veſtigium exhibens veræ lectionis quæ videtur hæc eſſe: ἐλπίδι κρείττονι τῶν καρπῶν, ἀνέχεται τοὺς πόνους.

EP. CCCCLXXXIX.

Verſ. 4. pro διαβόλου longè meliùs Cod. Alt. legit ἰοβόλου.

EP.

EP. CCCCXCI.

Verſ.1. e reg. τῆς σανίδος Cod. Alt. in margine ponit: ἄλλως, τοῦ λευκώματος.

EP. CCCCXCII.

Verſ. 1. ἀνίλεως rectè corrigit Cod. Alt. ſcribens ἀνέλεως.

EP. CCCCXIII.

Verſ.4 & 5. pro διατρέψαντας Codd. Vat.649 & Alt. legunt: διαστρέψαντας.

EP. CCCCXCIV.

Verſ. 6. poſt ἵνα extrito aſteriſco pone εἷς & dele quod ſequitur in principio verſ.7. εἰς. Initio verſ.8 quod malè ſcribitur εἷ emenda reſcribendo εἰ. ſic monſtrant Codd. Vat.649 & Alt.

EP. CCCCXCV.

Expunge με vacans in fine 1 verſ. ex Cod. Vatic. 649. Eodem Autore verſ.

Digitized by Google

penult. poſt ὀχλουμένη adde καὶ κλονουμένη.

EP. CCCCXCVI.

Non Κωνσαντίῳ ut male habent edita græca, ſed Κωνσαντίνῳ Conſtantino ut rectè ponit Interpres, hæc Ep. inſcribitur in Codd. Vat. 649 & Alt. Iidem initio v. 4. expungunt γὰρ.

EP. CCCCXCVII.

Verſ. 3. pro, σοῦ δύο τῆς οἰκουμένης λαοὺς Codd. Vat. 649 & Alt. legunt: σοῦ τῆς οἰκουμένης δύο λαοὺς.

EP. CCCCXCVIII.

Verſ. 1. exple hiatum ex Codd. Vatic. 649 & Alt. addendo μᾶλλον.

EP. CCCCC.

Verſ. 8. μὴ uncinis incluſum abeſt à Codd. Vatic. 649 & Alt. Iidem ver. antepen. loco aſteriſci ponunt, καὶ.

Ad

Ad Librum Secundum.

EPIST. I.

VErſ. 7. pro πρᾳοτέρα Codd. Vat. 649 & Alt. ſcribunt, πρανώτερα.

EPIST. II.

Verſ. penult. pro συνενέγκωμεν Codd. Vat. 649 & Alt. ſcribunt συνεισενέγκωμεν.

EPIST. IV.

Verſ. 15. e regione vocabuli χαρίσματα Ambo Codd. Vat. 649 & Alt. in margine ſcribunt: ἄλλως, γνωρίσματα. verſ. 24. ambo omittunt, γὰρ.

EPIST. V.

Verſ. 16. pro παίσης Cod. Alt. legit παίζας. verſ. 27. poſt βασιλέα, Cod. Alt. addit, μὲν. v. 36. poſt παρόντων ſublato aſteriſco, τὴν, adjungunt Codd. Vat. 649 & Alt. v. 40 pro σοφίαν Cod. Alt. habet,

φιλοσοφίαν. v.47. pro οὔπω Codd.Vat.649 & Alt. habent οὔπω. ſed in marg. Alt. οὔπω ponitur. v.57. pro στοιχεῖον Cod.Vatic. 649 legit κρύπτοντι. idemque annotatur in marg Cod. Alt. v. antepen. loco eorum verborum πρὸς τὸ βάθος Cod.Vatic. 649 legit πρός τι βάρος.

EPIST. VIII.

Male inſcribitur in editis hæc Epiſtola Ι'ουνίᾳ *Iuniæ* quod eſt nomen muliebre, cum eam ad virum miſſam contextus ipſe manifeſtet. verum nomen illius quem hic Iſidorus alloquitur produnt Codd. Vat. 649 & Alt. in quibus nuncupata hæc Ep. legitur Η'λίᾳ *Heliæ*.

EPIST. IX.

Verſ.2 poſt ἀρετὴν adde δοκεῖν quod ſuggerunt Codd. Vatic. 649 & Alt. & aſteriſcum amove.

EPIST.

EPIST. X.

Verſ. penult. è regione δυσεκπλύτȣ Codd. Vat.649 & Alt. aliam lectionem ſuggerunt δυσεκλύτȣ.

EPIST. XI.

E verſu 2 tolle aſteriſcum falſum indicem hiatus, quem nullum Codd. demonſtrant, ſententiâ conſentiente.

EPIST. XII.

Illa compellatio Caij verſ.2 ὦ κλεέστατε, quam Interpres reddit: *Vir clariſſime* ſubditia eſt ſi Cod. Alt. credimus, in quo legitur εὐκλεέστε καὶ εὐδόκιμος &c.

EPIST. XIV.

Solus Cod. Vatic. 649 ſexum in titulo mutat ex Ἱερίῳ, faciens Ἱερίᾳ. Idem v.2. pro σώματι commodiùs σώμασι legit.

EPIST. XV.

Verſ. 9. pro ἀποίζῃ Codd. Vat. 649 & Alt. legunt ἀποίσῃς.

EPIST. XVI.

Verſ.4. dele aſteriſcum & exple lacunam addendo, σε, ex Codd. Vat.649 & Alt. v.8. poſt ἐσομβύας aptè inſerunt ἀεὶ Codd. ijdem. v.9 pro κατευθύνειν diverſam lectionem proponit Cod. Alt. vitioſam illam quidem ſed ideò notandam quia viam ſternere utili forte conjecturæ poterit. ſic igitur habet: ἄλλως κατεπονεῖν. v. 15 qui eſt 1 pag. 132 Cod. Vat. 649 in ipſo contextu δυνηθείη ponit pro βȣληθείη. Cod. vero Alt. in contextu editioni conſentiens, in margine adſcribit δυνηθείη.

EPIST. XVII.

Verſ.7. Codd. Vat. 649 & Alt. θορυβȣ̃ται mutant in θορυβεῖτε.

EPIST.

EPIST. XXI.

Verſ.9. Ambo ijdem Codd. pro τραχυτέραν, ſubſtituunt βραχυτέραν. verſu autem 15 Cod.Alt. è regione verbi ἐπεσαλμθμύων, in marg. ponit, ἐπισαλέντων. v. 26. etſi rectè videtur editor poſuiſſe ἐπὶ γήρως ὑδῷ, non ſilebo tamen Cod. Vat. 649 legere ὀδῷ.

EPIST. XXII.

Verſ. pen. pro δι' ἑαυ-αἰτίαν Cod. Alt. legit: τοῦ χάριν.

EPIST. XXIII.

Verſ. 2 poſt ὅπερ, opportunè Cod. Vat.649 & Alt. addunt, καὶ.

EPIST. XXVIII.

Verſ.1 è reg. verbi μεζιοπαθεῖν Codd. Vat. 649 & Alt. ſuggerunt in margine aliam, puto meliorem, lectionem, μεζιοφρονεῖν. ijdem v.3 poſt φαιδρωμὴ, addunt, καὶ.

καὶ. v. 16. pro σπουδαίων Cod. Vat. 649 legit, δικαίων. Idem v. 18 pro τὸ κακὸν, habet τὸ δίκαιον.

EPIST. XXIX.

Verſ. 9 & 10 pro αὐτὸν lege, αὐτὸ, & tolle aſteriſcum præcedentem, ſic monſtrat Cod. Vat. 649. verſ. 10 poſt ὑπομεῖναι, addunt οὔτε γὰρ duo Codd. Vatic. 649 & Alt. & ſequens μὲν mutāt in μὴ: totum locum ſic exhibentes: ὅτι ἂν μὴ διὰ τὸν, Θεὸν ἕλωνταί τι παθεῖν, ἀνάγκη αὐτὸ καὶ ἄλλως ὑπομεῖναι. οὔτε γὰρ ἂν διὰ τὸν Θεὸν μὴ τελευτήσωσιν, ἀθάνατοι καὶ ἀκήρατοι ἔσονται. *quod non ultro elegerint propter Deū pati, id eos & aliter ſuſtinere neceſſe eſt. neque enim ſi propter Deum non oppetierint mortem, propterea immortales & incorruptibiles erunt.* Hæc vera & primigenia lectio eſt, edita vero manca & depravata fraudi fuit Interpreti. v. 17. pro τούτων αὖ οὖν lege cum Codd. Vat. 649 & Alt. τούτων μὲν οὖν: & v. 20 pro γίνεται, repone

pone γίνεται) ſenſu poſcente & ijſdē Codd. ſuadentibus. Denique antepenultimo muta μ̃ in μὸνος: & ſcribe: τοῦτο γὰρ εἰ προσκέοιτο μόνος. *hoc enim ſi ſolùm acceſſerit.*

EPIST. XXXI.

Verſ. 1. tolle aſteriſcum & reſcribe pro πράγμασι, γράμμασι Autoribus Codd. Vat. 649 & Alt.

EPIST. XXXII.

Verſ. 3 duo Codd. Vat. 649 & Alt. pro διορατικώτατον, congruentius legunt διορατικώτερος.

EPIST. XXXV.

Principium hujus Ep. mendoſum eſt in edito τῶν συμπαραγόντων. Recte duo Codd. Vat. 649 & Alt. συμπαραγούντων reſcribunt. Iidem verſ. 8 præſens in Aoriſtum mutant ſcribentes ἀρξάμεθα, non ἀρχόμεθα.

EPIST.

EPIST. XXXVIII.

Verſ. 7 *πραγμάτων* in *πλασμάτων* rectè mutant Codd. Vat. 649 & Alt. verſ. 13 poſt *ἱερωσύνην* addi jubent ijdem Cod. *πρὸς τοῦτον.* verſu autem 16 poſt *νομίσαι* hæc adjungunt: *τοὺς βασιλεύοντας διὰ σοῦ*, quæ & contextui inſerenda, & eorum vim in interpretatione exprimendam cenſeo.

EPIST. XLII.

Verſ. 6. quæ hiat lacuna rectè inſignita aſteriſco, eo ſublato ſic expleri debet ex Codd. Vat. 649 & Alt. *ἡ παρ' αὐτοῦ ἔτι νέῳ ὄντι, καὶ βασιλικὸν εἰπόντι γραφεῖσα ἐπιστολή*. Ex his verbis in edito ſolum extant primum & ultimum *ἡ* nimirum & *ἐπιστολή*. non videtur autem dubium quin hic locus ſic vere ab Iſidoro ſcriptus fuerit. In Epiſtola annexâ Libanij verſ. 18. pro *τυπικὸν* ijdē Codd. *τυπικὸν* habent.

EPIST.

EPIST. XLIII.

Verſ. ante finem hujus Ep. 4. poſt τοῦ Cod. Vat. addit αὐτοῦ.

EPIST. XLVI.

Verſ. 2 merito Cod. Alt. πρεσβεύοντι mutat in πρεσβεύσαντι. verſu vero 3 Cod. Vat. 649 ἀρχαίαν non malè item vertit in ἀρχαίων. verſ. 19 uterque Codex pro νόμων, legit, λόγων verſ. 24 & 25 pro ἔθεσιν ambo Codd. habent ἔθνεσιν. verſ. 30 ubi ἔθους in edito eſt. Cod. Vat. 649 ἔθνους ponit. verſ. 31 pro εὐπρεπεία Cod. Alt. legit ἀπρεπεία mox verſ. ſeq. παραιτούμενος uterque Cod. in παραιρούμενος cõmutat: uti & verſ. ult. περιπείρῃ in περιπαρεῖ.

EPIST. XLVIII.

Verſ. 14. ubi οὐκ uncinis clauditur locus eſt mutilus ſic ex Codd. Vatic. 649 ſupplendus: οὐκ ἔγνω καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ ἀπέγνω ἐφυλ &c.

EPIST.

EPIST. XLIX.

Verſ. 20 ante ποία Cod. Vat. 649 apponit ἔπι. verſ. 27. pro σου ἀπέπεσε Cod. Alt. habet οὐ κατέπεσε. verſ. antepen. Codex uterque merito pro ἐντυφέσθω ſubſtituit, ἐμφυτευέσθω.

EPIST. L.

Verſ. 12. γεγεάφηκας in γέγεαφας mutat Cod. Alt. verſ. 13 pro ἐγκρίνων, Cod. Vat. 649 habet ἐγκιρνῶν: eandemque lectionem Alt. exibet in margine verſ. 19 ὅ γὰ; in Alt. legitur τῷ γάρ.

EPIST. LII.

Verſ. 7. pro ἐφέμηνοι Codd. Vat. 649 & Alt. ſcribunt, ἐφιέμηνοι. v. 35. tolle aſteriſcum & pro τῆς θείας reſcribe τῆς ἀληθοῦς autore Cod. Vat. 649 verſ. 40 è regione horum verborum σοῦ δὲ ἀναξίως &c. in margine Cod. Alt. hæc leguntur: ἄλλως · τοὺς δ᾽ ἀναξίους ἀυτῆς ἀνα-

χρέω-

κρουσμάτων. verſ. pen. Ambo Cod. lacunam explent adjungendo καὶ.

EPIST. LIII.

Verſ. 11. ante σπουδὴν Cod. Alt. addit τὴν. verſ. 39 qui eſt 1 pag. 146. pro συμβουλεύεται τοίνυν Codd. Vatic. 649 & Alt. habent: συμβούλευε τοίνυν.

EPIST. LIV.

Verſ. 3 poſt συῤῥαγέντες deſunt quædã in editis. hæc ſupplentur à Codd. Vatic. 649 & Alt. qui ſic totum hunc locum exhibent: τούτοις πολέμοις συῤῥαγέντες, καὶ καινὰς καὶ παραδόξους τραγῳδίας ὑπομείναντες, ἀρκοῦσαν εἶχον &c. verſu etiam 5 poſt vocem οἰκείας deeſſe valde opportunum vocabulum κακίας ijdem indicãt ſic ſcribentes οὐ γὰρ ὑπὲρ οἰκείας κακίας ἀλλ' ὑπὲρ τῆς δεσποτικῆς δόξης ἔπασχον. *Non enim pro culpa propria, ſed pro Dominica gloria patiebantur*. verſ. 8 locus incipiens ab, ἀλλὰ διὰ, correctius exhibetur ab ijſdẽ

Codd. duobus in hunc modum : ἀλλ' ἢ διὰ τὴν ἀσέβειαν, ἢ τὴν δικαιοσύνην παράχωρον. quod argutius & Iſidori ſtylo congruentius eſt.

EPIST. LVII.

Verſ. 2 & v. 8 corrige bis poſitam & toties mendosè ſcriptam vocem ὀλιγοδείας ex Cod. Vat. 649 apud quem utrobique ſcribitur cum neceſſariâ reſolutione diphthongi per impoſitionē duorum apicum ſupra ï, in hunc modum ὀλιγοδεΐας. Ab eodem Cod. Vatic. abeſt verſ. penult. & ult. vox, σωφρονεστέρους. In hæc enim verba hæc deſinit apud hunc Epiſtola : καὶ συνετωτέρους καὶ ὑγιεινοτέρους εἶναι.

EPIST. LVIII.

Verſ. 5 adhibe neceſſariam correctionem è Codd. Vat. 649 & Alt. reſcribendo ἀσαφὲς ubi perperam ἀσφαλὲς ponitur. quod & eruditiſſimus Interpres ex conjectura divinavit. Verſu quoque 8.

Au-

Autoribus iiſdem Codd. non ſolum tollas oportet male illuc intruſum ἀσφαλὲς ſed & ſuppleas omiſſum ſubſtantivum verbum reſcribendo pro, ἀσφαλὲς; ἦν ἀσαφές. Eſt & aliud mendum ex iiſdem Codd. corrigendum verſ. 33. qui eſt tertius literæ D. pag. 247. Ibi legitur παραδοθεῖν, planè barbarè; ſcribe igitur παραδοθῆναι. Verſu 54 qui eſt quintus paginæ 148. Hæc ſcribuntur in editis de Rebecca εἰ τοίνυν γυνὴ, ἡ μηδὲ γυναικὸς ἔχουσα ἀνδρίαν μηδὲ μεγαλοψυχίαν, εἵλετο καταρᾶσθαι: quare ſic vertit Interpres: *Cũ igitur mulier, quæ ne mulieris quidem fortitudinem animique magnitudinem habebat, diris devoveri non recuſarit.* Hic quis prudens Lector non quærat, quâ Rebeccæ culpa tam abjectè de illa ſentiat Autor, ut eam infra vulgus etiam mulierũ puſillanimitate ac debilitate deprimat? Nõ eſt profectò Iſidori tam injuſta ſententia: utique cum is paulò ſuperiùs hac eadem Epiſtola illud plane contrarium

 ſcri-

ſcripſerit: ἡ Ῥεβέκκα ἀποστολικὴν, ὡς ἂν τις εἴποι, ἔχουσα μεγαλοψυχίαν, εἴλετο κατάραν ὑποστῆναι: *Rebecca, Apoſtolicâ, ut ſic loquar, animi magnitudine prædita.* Rectè igitur præcit Codicis Altaëmſis deſcriptor in margine, illa verba, ἡ μηδὲ γυναικὸς ἔχουσα ἀνδρίαν, μηδὲ μεγαλοψυχίαν; expungenda ut ſuppoſititia, & temerè intruſa. Verſu poſt tertio, qui eſt octavus pag. 148. idem Cod. Alt. rectè mutari jubet ηὔξατο in ἔδξατο.

EPIST. LXII.

Verſ.2 pro μετὰ duo Codd. Vat. 649 & Alt. legunt ἀπὸ & verſ.3 ἄκαιρος, pro ἄκακος: verſ. quoque undecimo δρώμενα pro δράματα. Iidem verſ.25 lacunam aſteriſco rectè indicatam, unde cōpleas ſuggerunt hæc verba: καὶ τῷ οὐρανίῳ χρησμῷ λοιπὸν πεισθεὶς ὤν. quæ planè ad loci ſententiam faciunt.

EPIST.

EPIST. LXIII.

Verſ. 10. pro ἐπεράνου Cod. Alt. legit: καὶ ἐπεράνει.

EPIST. LXIV.

Verſ. 2 & 3 τῇ ὡραιότητι. pro his Cod. Vat. 649 in contextu ponit τῇ ὀρθότητι & idipſum Cod. Alt. nota marginali comprobat. Idem Cod. Alt. v. 5. pro τῷ μὲν, ſcribit τῷ τε.

EPIST. LXV.

Verſ. antepen. pro οὓς Cod. Alt. rectè ἃς legit. refertur enim ad ψυχὰς *animas*.

EPIST. LXVI.

Verſ. 5 & 6. pro eo quod edita præferunt ἀναπόδεκτα; Codd. Vatic. 649 & Alt. habent, ἀναπόδεικτα.

EPIST. LXVII.

Verſ. undecimo qui eſt 4. pag. 152.

pro δεινὰ Codd. Vat. 649 & Alt. ponunt, κακὰ. uti & v. 22. ἀπήρτησεν ſcribunt, non, ἀπήρτισεν pro eo quod ſequitur, ἐκεῖνος Cod. Alt. aliam lectioné in margine ſuggerit, ἐκείνου. Ad explendum hiatum verſus antepenult. Cod. Alt. in margine offert vocem φιλόσοφος.

EPIST. LXVIII.

Titulo hujus Ep. Codd. Vat. 649 & Alt. poſt Ἀθανασίῳ, addunt: βοηθῷ, Ἥρωνι. ut videantur velle hanc Ep. tribus ſcriptam pluribus primus verſus indicat, dũ quibus ſcribit pluraliter compellat; ὑμεῖς οἵτινες ἀκόλαστοι ὄντες &c.

EPIST. LXXI.

Verſ. 3 pro ἀλλὰ τῷ δοκεῖν Cod. Vat. 649 habet: ἀλλὰ τοῦ δοκεῖν. v. 4 è reg. τοῦ οὐδεὶς in marg. Cod. Alt notat, ὁπηδεὶς. v. 6. pro εἰ μὴ, Cod. Vat. 649 legit: εἰμί. v. 7. pro τις φίλων Cod. Alt. habet τις φίλος.

EPIST.

EPIST. LXXII.

Verſ.8 qui eſt 1. pag.154. πῶς abeſt à Cod. Vat. 649. v. 9 pro μηδὲ Cod. Alt. habet μηδὲν. v.25 poſt ῥάθυμος adde ἐστὶ & expunge aſteriſcum ex Cod. Alt. tolle item ex eodem omnes uncinos hujus Ep. v.36. ὅτι, abeſt à Cod. Vat.649.

EPIST. LXXVI.

Locus eſt in hâc Ep.miſerabiliter corruptus & mutitus à verſu 10 ad 11. ubi propterea editor tres aſteriſcos ſparſit hiatuum indices. Habe Lector hic illum perfectè reſtitutum in primigeniam integritatem ex Codd. Vatic. 649 & Alt. Poſt illa verba μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμὸν, dele quæ ſequuntur uſque ad, εἰ γὰρ τοῦτο. Et vice deletorum hæc pone: μηνύει, τὸ μὴ καταποθῆναι ὑπ' αὐτοῦ πειρασμοῦ, καὶ ἡττηθῆναι. τὸ γὰρ περιγενέσθαι, τὸ ἀοίδιμον καὶ εὐκλεές. τῷ γὰρ μὴ εἰπεῖν, ἐμπεσεῖν, ἀλλ' εἰσελθεῖν, τὸ μὴ καταποθῆναι ὑπ' αὐτοῦ ἠνίξατο.

εἰ γὰρ τοῦ &c. inde poſt ὅπερ aſteriſcum tolle ; & refinge interpretationem accomodatè ad ſupplementũ hoc aut ſimili modo : *non intretis in tentationem, ſignificat, non abſorberi ab ipſa tentatione & ei ſuccumbere. nam ſuperare, laude dignum & glorioſum eſt. quod enim non deprecatur ne incidamus, ſed ne ingrediamur in tentationem (ingreſsus enim emphaſim* inducas *habet) hoc ipſo indicat nos petere ne ab ipſa abſorbeamur*, &c.

EPIST. LXXVII.

Verſ. 4 hiatum exple inſerendo καὶ loco aſteriſci ex Cod. Alt. verſ. autem ſequenti poſt χρηςαῖς, dele καὶ.

EPIST. LXXVIII.

Initio verſ. 3. adde αὖ & tolle aſteriſcũ hiatûs indicem. ſic monſtrant Codd. Vatic. 649 & Alt.

EPIST.

EPIST. LXXIX.

Verſ.3. pro καταντλεῖς Cod. Alt. legit καταντλᾷς. In fine verſ.5 poſt ἀληθὲς adde εἶ, ſuffragio Codicum amborum Vatic.649 & Alt.

EPIST. LXXX.

Verſ. 10 pro αὐτὰς Cod. Alt. ponit ταύτας.

EPIST. LXXXI.

Verſ. 1 pro ὑποφαίνοντας Cod. Alt. habet ὑφαίνοντας. v.11 & 12. ὡς αὖ οἷος ὦ: ſcribe ex Alt. ὡς αὖ οἷός τε ὦ, ſublato aſteriſco. v.19. pro ὁμιλοῦσι Codd. Vat. 649 & Alt. legunt ὁμιλοῦσιν: & verſu mox eodem ac ſequenti, pro ἀνέχονται, καταδέχονται. verſ. 26. pro καὶ γὰρ φύσις Codd. ijdem ſcribunt: ἡ γὰρ φύσις. v.43 & 44. pro δοκιμωτέρους corrige ex ijſdem Codd. εὐδοκιμωτέρους. v.50 παρεγράψαντο. hujus verbi è regione in orâ Cod. Alt.

alia

alia lectio ſuggeritur παρεπρέψαντο. v. 52 pro ὃ μὴ, Cod. Vat. 649 legit, τὸ μὴ. verſ. denique 64. pro ὅτε Cod. Vat. 649 ſcribit, ὅτι.

EPIST. LXXXII.

Verſ. 2 exple lacunam addendo τοῦ, & aſteriſcum tolle ex Codd. Vatic. 649 & Alt.

EPIST. LXXXIII.

Verſ. 8 pro ἐμαυτὸν μεμψαίμην Codd. Vat. 649 & Alt. legunt ἐμαυτῷ μεμψοίμην. iiſdem Autoribus verſ. 11 & 12 tolle uncinos & verſ. 12 ſublato aſteriſco, ejus loco inſere ὑμᾶς. verſ. item 13 poſt τοῦτο, adde πέως. Denique verſ. ult. pro εὐέλπιστον, ſubſtitue, εὔελπι.

EPIST. LXXXIV.

Verſ. 5 pro ἀπόνοιαν, Cod. Vat. 649 ſcribit, ἐπίνοιαν. & eam lectionem Cod. Alt. ut arbitrariam in margine propo-

nit,

nit, cum in contextu pariter cum Sfortiano editis conſentiat.

EPIST. LXXXV.

Verſ. 9. tolle aſteriſcum & exple lacunam inſerta voce ἀγγέλῳ, ex Cod. Vatic. 649. v. 13. è regione ὡς Cod. Alt. notat in màrgine οὗς.

EPIST. LXXXVI.

Verſ. 7 pro τὸ γένος. Cod. Vat. 649 legit, ἡ ῥίζα. Et Cod. Alt. in margine eandem lectionem offert. in contextu tamen edito cõſonans, uti & Cod. Sfort. At verſ. 10. tres illi Codd. uno conſenſu ἀπάτην pro ἀγάπην in contextu ponunt: ſuffragante loci ſententiâ, ut non ſit dubium quin corrigi debeat editio prout illi ſuadent.

EPIST. LXXXVIII.

Verſ. 2 & 3 pro his verbis: τῇ πολύτιμῳ μύρῳ ἐκχεῖν μὴ παραιτησαμένῃ. Codd. Vat.

Vat. 649 Alt. melius legunt : τὸ πολυτελὲς μύρον ἐκχεῖν ὑπηρετησαμένη verſ. 13. προσελθόντα Cod. Alt. ſcribit: προσελθόντα. verſ. 6. ante finem Ep. pro, εἰ δὲ φθῇ Cod. Vat. 649 legit εἰ δ' ἔφθη.

EPIST. LXXXIX.

Verſ. 16. lacunam poſt τί γὰρ ſic explent Codd. Vat. 649 & Alt. τί γὰρ αὐτῆς μεῖζον; τί δὲ κάλλ &c.

EPIST. XC.

Verſ. 15 hiatum explet Cod. Vatic. 649 addendo τοῖς. verſ. 23 Cod. Idem ante ὀνόματι addit, τῷ. v. 25. pro εὐλαβείας Cod. Alt. legit εὐσεβείας. verſ 29. pro διὰ βίας melius legit Cod. Alt. διὰ βίου. ponit enim duas vias perdendi homines quibus utitur diabolus pravos mores & falſa dogmata. priorem deſignant illa verba, διὰ βίου, *per vitam*, ſolutam nimirum & ſceleratam, alteram hæc: διὰ νόθων δογμάτων.

EPIST.

EPIST. XCII.

Verſ. 1 & 2 in δέδωκεν pıimam literam tollit Codex bonus,ſcrıbens, ἔδωκεν verſ. 26. ὅτι mutat in ὅτε Cod. Vat. 649 & Alt. v. 30 Cod.Vat. 649 pro συναγνεῖν ſcribit συναγρεῖν. verſ. 31 ἡ ἐναλείας αἰδώς. Barbara lectio corrige ex Codd.Vat.649 & Alt. ἡ ἐν θηλείαις αἰδώς. verſ. 34 pro αὐτῶν, ijdem Codd. ſcribunt αὐτῷ.

EPIST. XCIII.

Verſ. 1 aſteriſcus indicat hiatum non falsò. deſunt enim illic duo hæc verba, τὴν ἄγνοιαν, quæ ſuggeruntur à Codd. Vat. 649 & Alt.

EPIST. XCIV.

Verſ. 2. exple lacunam addendo γὰρ ſic monſtrat Cod.Vat.649

EPIST. XCV.

Verſ. 1 pro νέμεσθαι ſcribunt νενεμῆσθαι Codd.

Codd. Vatic. 649. & Altaëmſis.

EPIST. XCVI.

Verſ. 26 qui eſt quartus B. pag. 166 poſt βασιλείοις adde, ex Codd. Vat. 649 Alt. hæc: εἴποιμεν ὅτι μάλιστα μὲν τὰ ἐν τοῖς βασιλείοις γινόμ. &c; quæ prorſus illuc quadrant.

EPIST. XCVII.

Verſ. 2. poſt, ὁμολογουμένων, adde quæ Codd. Vat. 649 & Alt. τὴν πίστιν τῶν ἀμφισβητουμένων λαμβ. &c.

EPIST. XCVIII.

Verſ. 4. Cod. Vat. 649 pro πεπαῖσθαι legit παῖσαι.

EPIST. XCIX.

Verſ. 6 pro ἐκκρίνει Codd. Vat. 649 & Alt. ſcribunt, ἐγκρίνει. verſ. 9. ἐκείνη expungitur ab Alt. verſ. 16. paginæ ultimo poſt τοιγαροῦν ijdem Codd. addunt,

τα-

ταῦτα verſ. 29. tolle aſteriſcum & hiatum exple inſerto ἀυτὸ. Autoribus Vat. 649 & Alt. verſ. 46. ijdem omittunt, περὶ; uti & verſ. 50. ἴσως verſ. antepen. poſt κόσμος continuò ſubjunge: τόπῳ, ἀλλὰ τρόπῳ, & dele quæ in edito ſunt; ἐ τόπων, ἀλλὰ τρόπων. ſic hunc locum emendatum exhibent ambo ſæpe memorati Codd.

EPIST. C.

Verſ. 19 pro συμβαλεῖται duo Codd. Vatic. 649 & Alt. habent συμβάλλεται, verſ. pen. pro σοφίας Cod. Alt. legit, φιλοσοφίας.

EPIST. CI.

Verſ. 4. ὑστέρηται Codd. Vatic. 649 & Alt. legunt ἐστέρηται.

EPIST. CV.

Verſ. 5 pro ἀδοκήτῳ ſolus Codd. Vat. 649 legit εὐδοκήτῳ lectio tamen edita præterquam ſua ſatis probabilitate ſtat,

etiam

etiam nititur ſuffragio Codd. duorum Sfort. & Alt. verſ. 9 κατορθοῦντες in quartum caſum flectit Cod. Sfort. ſcribens, κατορθοῦντας. Idemque verſ. 12 & 13 pro διαμαρτάνοντας legit, διαμαρτόντας.

EPIST. CVII.

Verſ. 4. Cod. Vat. 649 ex περιλοχιοῦντας primam ſyllabam, περι, tollit.

EPIST. CIX.

Verſ. 1 poſt, ἔφης adde οὐ, ſublato aſteriſco. ſic jubent Codd. Vat. 649 & Alt. Verſ. 17. ijdem poſt οἴνῳ, apponunt ἤ. tollatur & hinc aſteriſcus.

EPIST. CX.

Verſ. 22 pro πρῶτον ſolus Vat. 649 legit, πρῶτος.

EPIST. CXII.

Verſ. 16. poſt δρῶσιν Codd. Vatic. 649 & Alt. addunt ἅπαν. Iidem verſ. penult.

pro

pro ὑπ' αὐτῆς, legunt, ὑπ' ἀυτοῖς.

EPIST. CXV.

Verſ. 17. pro πεποιθέντας Cod. Alt. legit πεποιθέντος. videtur reſcribendum πεποιθέντος. verſ. 21. pro κροτείτωσαν. idem Cod. rectè legit κριτείτωσαν.

EPIST. CXVII.

Verſ. 14. pro εἰ γὰρ Codd. Vatic. 649 & Alt. habent: ἔπι γὰρ.

EPIST. CXIX.

Verſ. 2. pro μάθοις Codd. Vatic. 649 & Alt. legunt, πάθοις.

EPIST. CXXII.

Verſ. pen. ἀναμείνωμεν. Cod. Alt. mavult, ἀναβαίνωμεν.

EPIST. CXXVII.

Verſ. 29 qui eſt ſextus paginæ 179. pro ὄντων Codd. Vat. 649 & Alt. men-

dosè opinor, ὁδῶν, legunt. verſu ult. ejuſdem paginæ pro τῶν φυτῶν, Codd. ijdem habent; φύντων. pag. 180. verſu 3. poſt literam B. pro τοῦ κάλλους, ijdem ſcribunt, τοὺς καλοὺς. verſu poſt hunc quinto, ἔπραξε ijdem mutant in ἔπραττε. Eandem pag. verſ. 6. literæ D poſt ἀνδράποδον ſupple quod deeſt καὶ διὰ τοῦτο κεχειρο &c. verſu antepenult. ejuſdem pag. 180. ſic legitur in edito: προσδοκῶν μὲν ἃ ἐσύλησεν. pro his ambo Codd. Vat. 649 & Alt. melius habent: προσδοκῶν ἣν ἐσύλησεν. nam relativus ἣν rectè reſpicit ἐκκλησίαν paulò ante memoratam. Pag. 181. verſ. poſt literã B quarto, pro ὀργὴν ſolus Cod. Vat. 649 legit ὁρμὴν. Eadem pag. verſu præcedente lit. E. pro τὴν ἐκκλησίαν Codd. ambo Vat. 649 & Alt. legunt: τὴν ἐκκλησιαστικὴν. verſu pag. penult. pro προέπεμψεν iidem Codd. habent: ἐξέπεμψε. pag. 182 (quæ male ſignatur 188) verſu 7 literæ C. legitur: ὅτι γὰρ καὶ τῷ &c. ſed illud γὰρ

abeſt

abeſt à duobus Codd. modò laudatis. verſ. ſequenti pro ἀπερισκέπτως, ijdem Codd. ſcribunt: ἀπεριοκόπτως.

EPIST. CXXVIII.

Verſu 4 quod ponitur δὲ, abeſt à Codice Vatic. 649.

EPIST. CXXXIII.

Verſ. 8 poſt εὔλογον Codd. Vat. 649 & Alt. addunt, καὶ.

EPIST. CXXXIV.

Initium hujus Ep. corruptum in editis ſic habe purum & integrum ex Codd. Vat. 649 & Alt. Ἀρετῇ μὲν καὶ ἔθεσιν οὐ καταισχύνεις τὴν ὁμοτιμίαν. *Virtute quidem ac moribus nobilitatem tuam non dedecoras*, &c. quæ apprimè quadrant ſequẽtibus.

EPIST. CXXXV.

Verſ. 5 pag. 185. tolle aſteriſcum mẽdacem indicem hiatûs. verſ. ejuſdem

pag. 12. poſt φημί, adde δὴ ex Codd. Vatic. & Alt.

EPIST. CXXXVII.

Verſ. 8. ἀκηράτῳ in ἀκεράτῳ rectè mutat Cod. Vat. 649.

EPIST. CXXXVIII.

Pag. 186. verſ. 3. lit. E. poſt γὰρ adde, τὸν νόμον. & totum locum ſic emendatè ſcribe: ὁ μὲν γὰρ τὸν νόμον τὸν παλαιὸν φυλάξας, οὐκ ἦν ἄνομος Θεοῦ· ὁ δὲ τὸν νέον, ἐστὶν ἔννομος χριστοῦ. ex Codd. Vat. 649 & Alt. niſi quod οὐδὲ in ὁ δὲ ſuaſit ratio ſententiæ mutare.

EPIST. CXXXIX.

Principium hujus Ep. duas habet in Codd. Vat. 649 & Alt. variantes lectiones. nam illic ὢ pro ὡς & μικρὰ pro πικρὰ ſcribitur. Ego ex his ſolam priorē admiſerim. totumque adeò ſic exprimi locum velim: ἡ ἀγάπη, ὢ πάντη πικρὰ

πρὸς

πρὸς σε φθέγξαϑαι, οἴχεται. *Charitas, ò planè acerbum quo te compello verbum! funditus è rebus perit; res pretij quantivis, magna & ſplendida &c.* ultimum hujus Ep. vocabulum non ὕδαμϛ ſed ὑδαμῶς in Cod. Vat. eſt.

EPIST. CXLIII.

Verſ. 2. dele aſteriſcum, itemque 4. v. 13. pro ἐποίησε reſcribe ἐποίησα ex Cod. Alt. verſ. poſt quarto ἀριθμῷ pro ἀριθμϛ ſcribit Cod. Vat. 649. ſed melior eſt editi lectio. pag. 189. verſ. 4. lit. B. pro ὑπεσύπωσεν non male Cod. Alt. ſubiicit, ὑπετύπωσεν; verſ. 3. lit. C. pro ἀπαίδευτοι, ambo Codd. Vat. & Alt. ſcribunt: ἐυπαίδευτοι, parùm commodè. Illud probaverim quod verſ. 6. lit. D. ijdem ambo Cod. πολιῶν. τὰς in 4 caſu ponunt, ut cohæreat cum τὰς γὰρ unde periodus incipit. Placet & hoc quod verſu poſt quarto ſupplent pronomen σϛ poſt nomen πρόσωπον: item quod verſu pagi-

næ ultimo prius καὶ ut ſuperfluum eradunt.

EPIST. CXLVI.

Pag. 192 verſ. 2. μὲν clauſum uncinis ut redundans reiicitur à Cod. Alt. Idem eadem pag. verſu 6. lit. hiatum explet addito, τῷ. pag. 193. verſ. 9. qui eſt ult. lit. A. Cod. Vat. 649. omittit γὰρ, quod tamen retinetur ab Alt. Porro hic v. 10 rectè complet lacunã addendo poſt οὐχὶ δυνάσαις καὶ τι λέγω δυνάσαις, ὅτι &c. pag. 194. verſ. 8. lit. D. poſt εἰ μὲν duo Codd. Vat. & Alt. addunt γάρ. At tertio inde verſa ijdẽ ambo Codd. hæc omnia verba expungunt: παρεγγράψάμεθα. ἐπειδὴν δὲ τὸν ἐρίθεια ἡμῖν ἐφώπλισας, πῶς ἂν. continuant autem hæc: μάγιστα ἂν εἴποιμι εὐπρεπῶς. pag. 195 verſ. 9 poſt ἔτι τὸ Cod. ijdem addunt μὲν. pag. denique 196. v. 2. lit. B. pro καλέσαι Cod. Alt. legit κελεύσαι. ſane aptiùs ad ſententiam. Porro hac tota longa Epiſtola aſteriſci falsò indicant hiatus, uti & in ſuperioribus.

ribus. quare ubique tollendas cenſeo.

EPIST. CL.

Verſ. 3. reſcribe ex Alt. ἔσω pro ἴσω.

EPIST. CLI.

Pag. 198 verſ. 7 lit. B. ἔτι mutat in ἐπὶ Cod. Vat. 649. Ego edito faveo cui & Alt. ſuffragatur. 3. poſt verſu ἐνταῦδε mendosè ſcriptum è Codd. Vat. & Alt. corrige ἐνθάδε. Eadem pag. verſ. 9 & 10 lit. D. ſic habent edita: εἰ γὰρ μέτεσι δείξεως &c. locus ſine dubio mendoſus, reſtituendus in integrum ex Codd. Vatic. 649 & Alt. uno conſenſu ſic ſcribentibus: ὧν γὰρ μετ' ἐπιδείξεως. quæ iam præclarè cum antecedentibus & conſequentibus cohærent.

EPIST. CLIII.

Pag. 199 verſ. 3 lit. C pro ὑπερβολῆς Codd. Vat. 649 & Alt. habent, ὑποβολῆς: & v. 1 lit. D. πρείσονται pro πείσονται.

EPIST. CLX.

Verſ. penult.& ult. pro ἰωπὲς γὰρ ἀποδώσῃ. Cod. Sfort. legit: ὅτι οὐ ἀποδώσῃς.

EPIST. CLXI.

Pag.203. verſ. 1 lit. B. pro νομίζομθμ reſcribe νομιζομθμ ex Codd. Vat. 649 & Alt.

EPIST. CLXII.

Verſ. 3 pro αὐτὸν, legunt, αὐτοῦ Codd. Vat. 649 & Alt. & verſ. 6. ἀντερεῖν pro ἀντερεῖ. verſu item antepen. poſt ἐν rectè addunt γε.

EPIST. CLXIV.

Pag. 204. verſu Ep. hujus antepenult. Codd. ijdem ambo προδιδόμθμ malunt quam προδιδῶμθμ.

EPIST. CLXV.

Verſ. 2 poſt ἀφιϛαμένων adde ὁ, autoribus Codd. Vat. & Alt.

EPIST.

EPIST. CLXVIII.

Verſ. 3 Cod. Vat. ἀρίστως ſcribit pro ἄριστος, non bene. lectio vulgata ſuffragatorem habet Alt. omnino retinenda.

EPIST. CLXXI.

Pag. 206. verſ. 7 & 8 lit. C. locus eſt in editis mutilus: τῶν * τῆς ἐννόμου φύσεως. hunc rectè ſuppletum ex Codd. Vat. 649 & Alt. planè integrum accipe: ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς τοὺς τῆς φύσεως, ὥς φασιν, ἐνετρέψατε νόμους. οἱ γὰρ παροινοῦντες κατὰ τῆς ἐννόμου φύσεως &c.

EPIST. CLXXII.

Verſ. 1 pro ἄκρατος Codd. Vat. 649 & Alt. habent, ἀκρατὴς.

EPIST. CLXXIII.

Verſ. 6. poſt περιαδόντι deeſſe aliquid fixa crux indicat. Id ſupplent Codd. Vat. 649 & Alt. qui ſic locum hunc exibent:

περ-

παρειδότι ὅλι ἀναςήσε῀). verſ. poſt quinto locus eſt in editis corruptiſſimus. φίλος δ᾽ ὢν αὐτοῦ, παντως δίκαιος· *(λῶ ἐ γαρ &c. Ex quibus nihil poteſt exculpi ſanæ ſententiæ. Totum locum ſic, correctè ni fallor, exhibet Cod. Alt. φίλος δ᾽ λῶ τοῦ Σωτῆρος· φίλος δ᾽ ὢν αὐτοῦ, πάντως δίκαιος ἦν. *Amicus erat Saluatoris: Amicus autem cum eſſet ejus, omnino juſtus erat.* οὐ γαρ ἂν ἐφιλεῖτο παρὰ τῆς ἀχράντου δικαιοσύνης μὴ δίκαιος ὤν. *Non enim amaretur ab incorruptâ Iuſtitiâ ſi juſtus non eſſet.*

EPIST. CLXXV.

Verſ. χωριςεῖη corr. χωρισθεῖη. Tribus locis hujus Ep. præfero edita Codicibus MS. MS. Pag. 208 verſ. 4 lit. C. pro λεβηρίδα (quod eſt optimè ſcriptum) balbutit Cod. Vat. 649 ſcribens λαβηρίδα. verſu inde octauo pro διαβάλλε῀) idem non melius ponit διαλαμβάνε῀): denique verſu inde tertio, qui eſt ultimus lit. C. ἀφελὲς quod rectiſſimè quadrat, hallu-

hallucinans Cod. Alt. pervertit in ἀσφαλὲς.

EPIST. CLXXVI.

Verſ. 4 pro τὰ ψυχικὰ Cod. Alt. habet in contextu τῆς ψυχῆς: ſed in margine lectionem editam offert ut probam

EPIST. CLXXVII.

V.7. pro ὀρφνῇ Codd. Vat. 649 & Alt. legunt ὄρων. Verſ. 8. ἔμελλε γὰρ κόπτεσθαι. melius ambo illi Codd. ἔμελλε δ᾽ ἐκκόπτεσθαι. verſ. 24. ὁ γὰρ οὐ τοῦτο μόνος &c. Codd. ijdem: ὁ γὰρ οὐ τοῦτον μόνος &c.

EPIST. CLXXIX.

Pag. 210 v. 8 lit. C. Σμεεί corr. Σεμεεὶ ex re ipſa & Cod. Vat. 649. verſ. 6. lit. D. poſt ἄλλως adde, σοι & dele aſteriſcum.

EPIST. CLXXXIV.

Verſ. 2 pro ἀοίδιμος Codd. Vat. 649 & Alt. exhibent in contextu ἀήττητος quod minus aptè convenit τῷ κλέει nihil

igitur

igitur mutarim : præſertim cum Alt. in margine lectionem vulgatam comprobet .

EP. CLXXXVI.

Verſ. penult. ante οὐχ ὁρίζεται addunt, ἐπὶ γῆς duo Codd. Vat. 649 & Alt.

EP. CLXXXVIII.

Pag. 213. pro παχυτέρους Codd. Vat. 649 & Alt. παχυτέρους legunt .

EP. CXCV.

Verſ. penult. poſt διά Codd. Vat. 649 & Alt. inſerunt, τε.

EP. CXCVII.

Verſ. 1 poſt βουλόμεθα, rectiſſimè ambo Codd. Vat. 649 & Alt. addunt ταῦτα.

EP. CXCIX.

Verſ. 9. poſt, ἀνάγων Codd. Vat. 649 & Alt. addunt, καί.

EP.

EP. CC.

Verſ. 7. qui eſt quintus paginæ 219. γὰρ quod legitur in editis non comparet in Codd. Vat. 649 & Alt.

EP. CCI.

In fine verſ. quinti poſt εἰ Codd. Vat. & Alt. addunt, ὦ.

EP. CCIII.

Verſ. 2 pro μεταβάλοις Codd. Vat. 649 & Alt. legunt, μεταβάλοιο.

EP. CCXII.

Verſ. 7 lit. C. pag. 220 pro ἐδωλσα rectè corrigit Cod. Vat. 649 εἰδωλσα. pag. 221. verſ. 8 lit. B. pro τίτε duo Codd. Vat. 649 & Alt. legunt, πότε. verſ. 2 lit. C. περιβάλοιτο ijdem pluraliter ponunt, περιβάλοιντο.

EP.

EP. CCXV.

Pag. 222 verſ. 5 lit. E. pro τλὼ ψυχλὼ ambo Codd. Vat. 649 & Alt. ſcribunt, τῇ ψυχῇ.

EP. CCXX.

Verſ. 2 pro ἐρχόμϑμος quæ bona eſt lectio & Cod. Alt. etiam ſuffragio probata, tamen Cod. Vat. 649 habet, ἀρχομϑμοις.

EP. CCXXVIII.

Pag. 226. verſu 3 lit. E. pro, ὅ ψεῦδος, ὑφ' ἡδονῆς &c. duo Codd. Vat. 649 & Alt. ſcribunt: ὅ ψεῦδος ἐφ' ἡδονῆς &c.

EP. CCXXIX.

Verſ. 1 poſt ἐν ἀρχῇ, duo Codd. Vat. 649 & Alt. addunt τῆς.

EP. CCXXXIII.

Pag. 228. verſ. 3 lit. C. pro ἀφαρπάξει

Codd.

Codd. Vat. 649 & Alt. habent ἀφαρπά-ζει. & verſu ſequenti ἀπειλεῖ pro ἀπειζεῖ. Eadem pag. verſ.4. lit.E. lacunã explent ambo Codd. ijdem loco aſteriſci ponendo, ὅ. verſ. inde tertio pro πλευλῶ, ijdẽ ſcribunt, πλευτλῶ. pag. 229. verſ. 4. pro ἐνταῦθα ijdem ponunt, ἐντεῦθεν. & verſ. 10. lit. B. pro ταύτης, αὐτῆς.

EP. CCXXXVI.

Pag. 251 verſ. 9 lit. C ante ἀποτυχοῦσα Codd. Vat. 649 & Alt. addunt, καὶ, verſ. 2 lit D poſt. ὅπερ ijdem iterum addunt, καὶ.

EP. CCXXXVII.

In Codd. Vat. 649 & Alt. hæc Epiſtola omni inſcriptione caret.

EP. CCXXXIX.

Verſ. 2. poſt μοι Codd. Vat. 649 & Alt. addunt μὲν. verſ. 6 pro κατασφραγίνετε, Cod. Alt. legit, κατασφραγίσατε.

EP.

EP. CCXLI.

Pag. 235. verſ. 5. lit B pro κολακείας, quod rectum eſt, aliud forte agens deſcriptor Cod. Alt. κολάσεως, poſuit. ſimilis hujus eſt hallucinatio.

EP. CCXLVI.

Pag. 236. verſ. 8 lit. D ubi cum rectè legatur in edito, ὅτε ἡ ἐκκλ &c ipſe ſcribit, ἥτε ἐκκλ &c.

EP. CCXLVII.

Verſ. 2 ἀδυναμίας. ſolus, Cod. Vat. 649 hîc ἀδυναμίαν, in 4 caſu, ſcribit

EP. CCL.

Verſ. 1 vox ἀσθένεια meritò ſuſpecta eſt, abhorret enim à loci ſententia. Interpres videtur ei ſubſtituendam putaſſe vocem, συγγένεια. vertit enim cognatio. Cod. Alt. aliam ex conjectura lectionem in margine ſuggerit, ſic ibi ſcribens, ἴσως

ἀδ-

διήγησια. verſ. antepen. ἔτε γὰ' τῷ ἀρ &c. hæc ſine dubio mendoſa ſunt. Interpres ſuſpicatus eſt legendum ἔτω γάρ. ut qui verterit: *ſic enim*. Ego veram & primigeniam ſcripturam ſuggeri à Codd. Vat. 649 & Alt. exiſtimo. Hi concorditer legunt: σύ τε τῷ ἀρίςῳ &c. *Nam & Tu præſtantiſſimum imitatus videberis &c.* quæ optimè præcedentibus cohærent.

EPIST. CCLI.

Pag. 238. Codd. Vat. 649 & Alt. pro eo quod ſcriptum legitur verſ. 6. lit. B. δαίμονος φάλαγξ, habent ambo in contextu δαίμονος φύλαξ. ſane ut ſuſpecta videatur editi lectio facit quod ſtatim ſequitur, οὐχ αὐτὸς ὁ διάβολος: An non enim Dæmon Diabolus eſt? cur igitur in ſecundo augendi gradu poſt Dæmonis Phalangem, ponitur tamquam majus quidpiam ipſe Diabolus? non me latet dici poſſe Diaboli nomine κατ' ἐξοχὴν ſignificatum Dęmonum Principem

Luciferum, in quo uno plus maleficæ potentiæ ac terroris ſit quam in univerſo Dæmonum minorum grege. Hæc dubia tamen ſunt. & duorum Codd. haud facile ſpernenda videtur autoritas. quid ſi eorum admiſſa lectione δαίμονος φύλακα dicamus vocari propugnatorem Idololatricæ ſuperſtitionis? viderit & ſtatuat Lector ſapiens. non omittam fateri: Cod. Alt. in ora marginali lectionem editam ut probabilem offerre. verſu Epiſtolæ hujus ultimo lacunam quæ eſt poſt vocem ἱεραυνοπολίτῃ ambo Codd. commodè explent, adjungendo, εἰκότως.

EPIST. CCLVII.

Verſ. 1. poſt ἀδίκων rectè, ἀνδρῶν, ſupplet Cod. Vat. 649. Idem verba paulo poſt ſequentia hæc omnia omittit: ὅτι ἁμαρτάνουσιν, * ἀλλ᾽ οὐ μηδ᾽ ὅτι ἁμαρτάνουσιν εἰδότες. Sed ſine his mutilus locus eſt. Cod. Alt. cum edito conſentit. Verſu hujus Epiſt. 12. qui eſt 5 lit. D. pro ὄντως ambo

bo Codd. ſcribunt ὄντων. & verſ. antepenult. pro ὅτως ſubſtituunt, ὅςις.

EPIST. CCLVIII.

Verſ. 4 & 5. pro ἀκριβεῖ ambo Codd. Vat. 649 & Alt. legunt ἀκριβείας.

EPIST. CCLX.

Verſ. 6. ante ἱερεὺς rectè ambo ijdem Codd. ſupplent ὁ.

EPIST. CCLXI.

Verſ. antepen. & penult. pro πικροτέρων ambo ijdē Codd. habent, πικρότερος.

EPIST. CCLXIII.

Verſ. 9. pro ἱμάτιος ambo ijdem Cod. legunt, ἱματίων.

EPIST. CCLXVII.

Verſ. 3 & 4. ſolus Cod. Vat. 649 pro λανθάνει ſcribit: λαμβάνει.

EP. CCLXVIII.

Verſ.2 & 3.corrige, *ὁμηλίκων* ex Cod. Vatic. 649.

EP. CCLXX.

Pag.253. verſ.3. pro *συνίητε* Cod. Alt. habet, *συνῆτε*. verſ. 8. pro *ἰάσωμαι* lege ex eodẽ, *ἰάσομαι*. verſ. 10. Ambo Codd. omittunt, *δὲ*. Eadem pag. verſ. 2 lit. C. pro *προστάτεις* Cod. Alt. legit: *προστάτης*. verſ.9 eiuſdem lit.C. pro, *ἰδοὺ*, ambo illi Codd. ſcribunt, *εἰ δὲ*. Ibid. verſ. 1. lit. D. ante *Φίλων* uterque Codex inſerit, *καὶ*. pag.244. verbum ultimũ Epiſtolæ *ἀλαγγελισούμενος*, ſcribitur in utroque Cod. *ἀλαγγελιούμενος*.

EP. CCLXXI.

Verſ. 6. pro *ἕτερος* unus Cod. Vatic. 649. legit, *ὕστερος*.

EP.

E P. CCLXXIII.

Verſ.3.pro διαφαίνῃ ambo Codd.Vatic.649 & Alt. clariſſimè ſcribunt, διαφαίνῃ.

EPIST. CCLXXIV.

Hæc Ep. in Cod. Vat. 649 & Alt. inſcribitur non Γότθῳ *Gotto*, ſed Γότθῳ *Gottho*. pag.246.verſ.4 lit.C. pro ὁ δὲ uterque Codd. legit: ὃς δὲ. verſ. 7 & 8 lit. D. pro ἡδυπαθῶς, ambo Codd. habent: ἡδυπαθῶν. verſ. 12 eiuſdem lit. D. μὴ quod legitur in edito ante ἐμπεσών, abeſt ab utroque Codice.

EPIST. CCLXXIX.

Verſ. penult. qui eſt nonus pag.249. pro illis: ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ Cod.Vat.649 legit: ἀλλ' οὐ μὴν τούτῳ. præfero huic lectionem editam cui & Alt. ſuffragatur.

EP. CCLXXXI.

Verſ. 8. exple lacunam addito, δὲ, autoribus Codd. Vatic. 649 & Alt. Aliam lacunam verſ. 16. poſt ἄρτου unde compleas largè ſuppeditant Codd. ijdem. ſic continuè ſubjungentes poſt vocem ἄρτου: εἴρηται τοῦ τῇ συστάσει τοῦ σώματος ἁρμοδίου, καὶ αὐτὸς τῷ ἔσω γίνεται πνευματικός· ὁ γὰρ μηδὲν πλέον ἄρτου ἐπιζητῶν &c.

EP. CCLXXXII.

Verſ. 3. ſolus Cod. Vat. 649. pro κακηγοροῦσιν habet: κατηγοροῦσιν. verſ. quoque penult. & ult. Idem, ſed non ſolus, nam idem Cod. Alt. facit, idem inquam legit: κατηγορίαν pro κακηγορίαν.

EP. CCLXXXIII.

Verſ. 2. lacunam exple addendo Ζωὴν, *tuam*, ex utroque Cod. Vat. & Alt.

EP.

EP. CCLXXXIV.

Pag.250 verſ. 8 lit. D. pro περιγίνε) Ambo ijdem Codd. legunt; περισίνεται. verſ. 1 pag. 251. pro αὐταῖς ijdem habent: αὐτῇ.

EP. CCLXXXV.

Verſ. 2 pro νομιζόμενος Codd. Vatic. 649 & Alt. legunt κονιζόμενον hoc eſt *pulvere conſperſum*; rectiſſimè, cum agatur de Athletâ, & quidem pugile, prout demonſtrat vox ſequens, τυπτόμενος: qualium illud eſt Maronis Aen. v.

Multa viri necquidquam inter ſe vulnera jactant,
Multa cavo lateri ingeminant; & pectore vaſtos
Dant ſonitus: erratque aures & tempora circum
Crebra manus; duro crepitant ſub verbere malæ.

Tam pugilum autem quam luctatorum

mos erat, poſtquam humeros & pectus nudaverant, antequam committerentur, ſe ſe pulvere conſpergere. Vide quæ dudum notavi ad illum locum Paſſionis SS. Perpetuæ & Felicitatis: *Aegyptium video in Afâ volutantem.* ubi oſtẽdo pulverem illum quo ſe Palæſtritæ perfundebant, Latinis è Græco ἁφὴ *Haphen* dictum. Nunc Martiali à me illic laudato, adjungo teſtimonium Senecæ Epiſt. lviii. ubi ſe Puteolis Neapolim redeuntem denſo exceptum pulvere in via intra montem perfoſſum excavatâ refert: verba ejus hæc ſunt: *Totum Athletarum fatum mihi illo die perpetiendum fuit: à ceromate nos* Haphe *excepit in crypta Neapolitana &c.* S. Nilus Ep. lxx. libri ii. pag. 152. edit. Barberinæ Leonis Allatij τοῦ μακαρίτου, de Athleta ſcribit, quod huc facit. εἰ δὲ δέξοιτο κόνιν *ſi vero acceperit pulverem.* nimirum quod hîc κονίζεσθαι S. Iſidorus dicit, æqualis ejus & condiſcipulus S. Nilus vocat, δέχεσθαι κόνιν.

EP.

E P. CCLXXXVII.

Verſ. 2 pro εὕρισκε rectè ſcribunt ηὕρισκε Codd. Vat. 649 & Alt.

E P. CCXCI.

Verſ. 9. loco aſteriſci inſere καὶ, ex Codd. Vat. 649 & Alt.

E P. CCXCIII.

Verſ. ult. poſt τοῖς, ante σεμνοτέροις, Adde ex Codd. Vat. 649 & Alt. ῥαθύμοις, ὄχλησιν ἢ τοῖς σεμν &c.

E P. CCXCIV.

Verſ. 5 poſt καὶ ex Codd. Vat. 649 & Alt. dele hæc continuè ſequentia; τῶν οὐρανῶν βασιλέως ὁμολογῆσαι * τὸν ἀσύγκριτον *, & loco eorum hæc ſcribe: τοῦ τῶν ανθρώπων βασιλέως ὁμολογῆσαι τὴν ἀσύγκριτον ὑπεροχὴν, τῆς οἰκ &c.

EP.

EP. CCXCV.

Verſ. 1 poſt γράφειν ante κάλαμος pone ὁ, ex Codd. Vat.649 & Alt.

EP. CCXCIX.

Pag.256. verſ. lit. A. quinto pro νοοῦντες Cod. Vat.649 legit, νοσοῦντες. verſ.8. aſteriſci loco hæc inſere quæ ſuggerunt Codd. Vat. 649 & Alt. μὲν τοὺς ἀγαθοὺς, ἀμυνόμενος ὅτι &c.

Ad Librum Tertium.

EP. VII.

VErſ.16. poſt illa verba τὸ γὰρ γραφὲν Adde hæc τὸ δ' ὑπὸ σοῦ ὡς λεχθὲν παρ &c. Ita Codd. Vat.649 & Alt. Reſque ipſa exigit.

EP. X.

Ver.pen pro τὰ λεγόμενα ambo Codd. Vat.649 & Alt. ſcribunt: τὰ ἐσόμενα.

EP.

EP. XI.

Pag. 260. verſ. 3. lit. B. pro ἀκράτοις duo ijdem Codd. ſcribunt, ἀκρατέσιν. Ibid. verſ. 1. lit. D. pro συνήσω (quod bene habet) malè Codd. ijdem ponunt συνοίσω.

EP. XII.

Pag.261.verſ.5 lit.B.pro ἐῤῥήθη Cod. Vat.649 habet ἐῤῥέθη ſimiliter & verſ.9 lit.D. verſ.3 lit.D. loco aſteriſci ponit, μοι Cod. Vat.649. Itemque Alt.

EP. XIII.

Pag. 263 verſ. 8 lit. B. inter ὅλης & καρδίας inſerit, τῆς Cod. Alt.

EP. XIV.

Eadem pag. 263. verſ. 5. lit. E. poſt ἀπαλὸς addunt τὴν Codd. Vat. 649 & Alt.

EP.

EP. XV.

Pag. 264 verſ. 4 lit.B. poſt ἐπ' αὐτὴν addit, ἀυτὸν Cod. Alt.

EP. XVII.

Verſ. 4 pro illis verbis: ἐξηγητὴν δεινόν, οὐ δεινὸν εἶναι δοκεῖ, οὐκ οἶδ' ὅπως hæc ſolum habent Cod. Vat. 649 ἐξηγητὴν δεινὸν εἶναι δοκεῖ οὐκ οἶδ' ὅπως. lectio tamen edita magis placet, quam & Cod. Alt. comprobat. pag. ead. 264 verſ. 7. lit. E poſt καὶ inſerunt τὴν ambo ijdem Codd. denique pag. 265 verſ. 2 poſt illa verba ἡγοῦ ποιοῦντας εἶναι. uterque Codex addit. ἀλλ' εἶναι ὑν. &c.

EP. XXXI.

Pag. 268. verſ. 8. lit. D pro ἵν' ᾖ Codd. Vatic. 649 & Alt. legunt ἐν ᾖ. pag. 269 verſ. 3 lit. D pro τί δ' ἄρα. Codex unus Vat. 649 legit τί ἄρα. Ibid. verſ. 1 & 2. lit. E pro, ἀπαγορεύοντες, ἐπὶ τὸ τῇ &c. Ambo

bo ijdem Codd. habent ἀπαγγέλλοντες γὰρ ὅτι κτ. &c. verſ. 5 ejuſdem lit. E pro πάντως, ijdem Codd. ſcribunt, πῶς.

EP. XXXV.

Ab initio hujus Ep. abeſt H à Cod. Vatic. 649. tamen id Alt. exhibet, & videtur, retinendum.

EP. XLVI.

Verſ. 7 pro σωφρονίζειν Ambo ſæpe laudati Codd. ſcribunt: σωφρονίζειν.

EP. XLVII.

Verſ. 5 pro his; τὴν τῶν αὐτῶν διατριβήν. duo modò memorati Codd. legunt τὴν σὴν αὐτῶν διατριβὴν videtur legendũ τὴν σὺν αὐτῶν &c.

EP. XLVIII.

Verſ.penult. pro οὐ μὴν & οὐ γὰρ Codd. Vat.649 & Alt.habent, τοῦ μὴν, & τοῦ γὰρ.

EP.

EP. LI.

Verſ. 6. Codd. ambo Vat. & Alt. νόμου in νόμος mutant.

EP. LV.

Verſ. 5 qui eſt penult σκηψάμενος per tertium pluralem inflectit caſum ſolus Cod. Vat, 649. ſcribens, σκηψαμένοις.

EP. LVI.

In titulo Codd. Vat. 649 & Alt. τοῦ in τοῖς mutant. Ego utramque lectionem conjungendam puto & Epigraphen Ep. ſic integrè formandam τοῖς τοῦ Δωροθέου παισίν.

EP. LVII.

Verſ. 7 pro αὐτὸ τοῦ μῆκος manifeſtè melius ambo modò laudati Codd. ſcribunt: αἰτιῶ τοῦ μῆκος. *accuſo prolixitatem.*

EP.

EP. LIX.

Verſ.3.nõ ἀδεέστερῳ adverbialiter,ſed ἀδεέστερος in recto maſculino uterque Codex hoc vocabulum ponit.

EP. LXII.

Verſ. 7 συγκροτῶν (quod videtur rectum) ſolus Cod. Vat.649, opinor hallucinans, συγκριτῶν ſcribit.

EP. LXVI.

Non magis laudo aliam correctionẽ ejuſdẽ Cod.Vat.649 qui v. hujus Ep.3 pro κρατεῖν ἐπιθυμίας legit ἀκρατῶν ἐπιθυμίας. Illud probo in quo cum hoc Vatic.649 conſentit Cod.Alt. nempe pag. 281 verſ.4 & 5.pro his quæ extant in edito: καὶ τοῦ πανορέτου συγγραφέως uterque ſcribit: καὶ τοῦ τῆς Πανορέτου Συγγραφέως. Librum Eccleſiaſtici laudat hîc Iſidorus cui tamquam proprium nomen attribuit: ἡ Πανάρετος, ſubaudi, βίβλος,

quòd

quòd de omni virtute præcipiat. Hoc ita ſe habere certò demõſtrat quod duo teſtimonia ſtatim recitata ex libro iſto ſunt. nempe illud: ἐν κάλλει γυναικὸς πολλοὶ ἐπλανήθησαν Eccleſiaſt.cap. IX. v.9 & alterum: μὴ καταμάνθανε κάλλ☉ ἀλλοτρίου quod extat verſ.8. eiuſd. cap. IX. libri Ieſu Syrach Latinis Eccleſiaſtici vocati. Eadem pag.281. verſ. antepen. reſcribe: ζυγκαθεργμένος.

EP. LXVIII.

Verſ.4. pro αὐτὸ duo Codd. Vat.649 & Alt. legi jubent: αὐτοῦ.

EP. LXIX.

Primum vocabulum hujus Epiſt. in Codd. Vat.649 & Alt. non eſt ἐπεὶ ſed ἐπειδὴ.

EP. LXXVI.

In titulo hujus Ep. duo ijdem Codd. mutant πομπευομένῳ in πολιτευομένῳ.

pag.

pag. 285. verſ. 3. lit. B. poſt συνεῖναι non addit μὴ Cod. Vatic. 649. quod tamen videtur retinendum.

EP. LXXVII.

Pag. 286. verſ. 2 & 3. hæc verba, τότε ἡ δοχεῖα μᾶλλον ἔσται τοῦ πνεύματος· οὐ γὰρ μόνον αὐτὰ, ἀλλὰ καὶ ψυχή, abſunt à Cod. duobus Vat. 649 & Alt. nec tamen ideo expungenda ex edito duxerim. uti nec aliam Codicis Alt. ſolius correctionem recipio, qui pro eo quod legitur verſ. 4 & 5. διαπεραπτομένη, ſcribit, διαπεραπτομένους.

EP. LXXXI.

Verſ. penult. qui eſt in pag. 287 tertius lit. E. Codd. Vatic. 649 & Alt. pro μήποτε ſcribunt, μὴ τότε.

EP. LXXXIV.

Pag. 288. v. 1 & 2. lit. E. pro μετάστησον Cod. Vatic. 649 ſolus habet, κατάστησον. verſu poſt tertio pro ὀλιώτων uterque

Cod. Vatic. & Alt. ſcribunt ὀλωΐθων.

EP. LXXXV.

